



1692.

1. Bajerus, Joh. Guilielmus: De aqua lustrali pontificiorum
- 2⁴¹⁵ Hartung, Jo. Christ. bap: De redemptione vexae.
2 Exempl. 1692: 1757.
3. Hartung, Joh. Christoph: De actione ad patinodiam.
- 4⁴²⁵ Lynckerus, Nic. Christophorus: De juramento mentularii
in animam principalis Exempl. 1692: 1736
- 5⁴³⁵ Lyncker, Nic. Christophorus: De catastro . . .
6. Lynckerus, Nicol. Christophorus: De anagyria.
7. Muellerus, Petrus: De sacertia.
8. Muellerus, Petrus: De eo, quod postea est circa
cessionem actionum.
9. Muellerus, Petrus: De providentia iudicis
10. Muellerus, Petrus: De delegandi facultatibus
- 11⁴⁴⁵ Muellerus, Petrus: De aere alieno a successoribus
fundi solvendo. 3 Exempl. 1736: 1755.
12. Muellerus, Petrus: De affectu natus fundi proprii

1692.

13^{art} Mullerus, Petrus: De pichura. 2 Sumpt. 1692: 1712.

14. Mullerus, Petrus: De gratitudine legali.

15. Mullerus, Petrus: De re sperata.

16. Mullerus, Petrus: De legibus primi ordinis.

17. Mullerus, Petrus: De semel placito.

P. 367.

J



J. J.
De

1692, 3

19
4

ACTIONE
AD
PALINODIAM,
ILLUSTRI JCTORUM ORDINIS

INDULTU

SUB PRÆSIDIO
VIRI

NOBILISSIMI CONSULTISSIMI atqve EXCELLENTISSIMI

DOMINI

JOH. CHRISTOPH. *Barfung*
Philos. ac J. U. D. Celeberrimi,

*Fautoris, Præceptoris & Hospitis sui æternim,
devenuerandi*

IN AUDITORIO JCTORUM

Ad Diem Septembr. Anno clc lcc XCII.
disputabit

AUCTOR


Edzard Ferdinand KETTLER,
Nordâ - Ostfriso.

J E N Æ, TYPIS GEORGI HEINRICI MÜLLERI.

DEO TRIUNO
PATRIÆQVE
SACRUM.



Proœmium.



Uantò melius eoque magis est æsti-
mandum bonum, bonâ gaudere fa-
mâ, quàm multas fortunæ posside-
re facultates opesque Prov. 22. v. 1.
Ecclef. 7. v. 2. Mascard. d. probat. concl.
234. seq. & concl. 1219. num. 9. & seq.
tantò majori præ aliis furibus mere-
buntur detestatione ii, qui thesauro
illo inæstimabili, uti famam vocat

Baldus in. l. 1. C. de confess. libidinosis suis convitiis inju-
riisque proximum suum privare conantur, in tantum,
ut apertè quoque deteriores dicantur illis, qui substan-
tias aliorum, prædiaque surripiunt c. ex merito 13. cap. de-
teriores 15. Caus. 6. q. 1. Bonifac. de furt. §. 7. n. 57. seq. Et
ut maximè quidem per unius contumelias injuriasque
alterius honesti viri aut fœminæ existimatio & bona fa-
ma haut verè auferatur. B. DN. Parens Engelbertus Kett-
ler in Decision. Ostfris. centur. 1. D. 68. n. 12. & 13. Cùm ta-
men hic obtineat vulgatum: *calumniare audacter sem-
per aliquid beret*: non immeritò de remedio quodam
dispiciendum fuit, quo ejusmodi detrectatores famam,
quam, maximè quidem ex præconcepta imperiti vulgi
opinionè, alteri abstulisse videbantur Carpz. 2. q. 95. n.
93. in f. publice quasi restituere necesse habeant, B. DN.

A 2

Pa

Parens cit. Dec. n. 9.

Hunc ergo in finem introducta est

Actio ad Palinodiam, quam sicut utilissimam, & præ aliis remediis, injuriarum nomine competentibus, maximè honorabilem, ita in foro tota die obvientem Tibi, placide & cordate Lector, *secundum datam nobis à Domino Deo & Salvatore nostro Jesu Christo scientiam & intellectus vigorem* l. 3. pr. C. d. jur. vet. enucl. quem quidem perexiguum esse ipsemet probe novi, sequentibus paginis exhibeo. Equidem non diffiteor, dictam materiam jam duabus diversis disputationibus elaboratam publici juris existere, alteram sub B. *Lauterbachii*, alteram verò sub *Excellentissimi Dn. Mylii* præsidio expositam; sed cum illa maximam partem generalia intermixta contineat, in hac è diverso tanquam nimis curta non pauca ad tractatum præsentis materiæ facientia desiderem, faciliè ab animo impetravi meo, ut, saltem ad propriam delectationem, eidem themati manus admoveam: istud ab humanitate mihi promittens Tua, Te, si quid minus ad palatum fuerit positum, vacillanti adhuc dum nec satis confirmato calamo benevolam concessurum veniam! Cum autem probè noverim, omnia tum demum benè geri atque competenter, si rei principium fiat decens & amabile Deo juxta *Nov. 6. pr.* iccirco ad præsens infortunium me accingens meum animo manibusque ad cælum, *arctis æternum Domini nostri Jesu Christi auxilium humillimè invoco*, l. 1. §. 3. d. jur. vet. enucl. ut hujus laboris **mei velit esse principium & medium & terminus**
Nov. 109. in pr.

THESIS I.

ACTIONE
AD
PALINODIAM.

THESIS I.



Et autem inveteratam illam disputantium tum Philosophorum, tum Jurisconsultorum consuetudinem statim in limine turbare videar, si illotis, quod ajunt, manibus, posthabita scilicet της νομαλογίας cognitione, ipsam statim aggregari πραγματολογίαν, paucis illam exhibebo.

Th. II. Etymologiam igitur quod attinet, **Palinodia** nativitatem suam Græco debet idiomati quippe derivatur ab adverbio *παλιν* rursus, iterum, & *ωδή*, contractè pro *αιοδή*, cantus, cantio. Verbum est *παλιναδειν* rursus canere, recanere, Germ. Wiederruffen. Actio igitur ad palinodiam nobis dicitur *Eine Klage auf einen Wiederruff*.

Th. III. Circa **Synonymiam** notandum; quod hæc actio aliàs etiam dicatur *Recanatoria*, *Reclamatoria*, *Revocatoria* B. Dn. Parens *D. 66. n. 16.* quorum quodlibet synonymum compositum ex præposito *re*, quod *rursus* notat, & verbo suo apposito. Dicitur etiam alibi locorum *emenda honorabilis* Franc. Marc. *p. 2. Decis. Delphin. 34. n. 7.* Perez. *ad C. t. de injur. n. 21.* ad differentiam *emenda utilis*, quò nomine actionem illam prætoriam, quâ ad æstimationem agitur, insignire posses. add. Hahn. *ad Wesemb. 2. de injur. n. 18. p. 406. col. 2. circ. fin.* Græcis *παλινοδία* aliàs etiam vocatur *παλιλογία* Theoph. *Charact. c. 2. f.* quem refert Strauch. *Disp. 19. th. 15.*

Th. IV. **Homonymiam**, cum nihil notatu digni circa eam invenire liceat, intactam relinquimus ipsamque **Pragmatologiam**, & primo quidem loco definitionem

De Actione

6
 aggredimur. Describi autem potest, quòd sit Actio civilis, perso-
 nalis, rei persecutoria, quã agunt verbalibus injuriis, injuriati adversus in-
 juriantes ad illate injurie revocationem. Genus constituit Actio: nec
 video, cur Hahnio adstipuler, qui in cit. n. 18. eam non a Actionem,
 sed saltem implorationem quandam officii judicis, vel condi-
 ctionem ex moribus appellandam esse contendit. Cùm tamen
 non solùm ipsi mores actionis nomen idque specificum illi tri-
 buerint, verùm etiam definitio actionis in pr. Inst. de Action.
 omninò eidem accommodari queat. Dicitur 2. civilis: cum
 ratione cause efficientis remota, vid. th. VI. tum ratione objecti, vid.
 th. XLVI. Dicitur 3. personalis ratione cause efficientis propinqua,
 vid. th. IX. Dicitur 4. Rei persecutoria ratione (1) Objecti, vid. th.
 XLVII. (2) Effectus, th. LX. (3) Dissolutionis per prescriptionem,
 th. LXIX, Cætera definitionis verba itidem in sequentibus the-
 sibus, locis competentibus, ordine explicabimus.

Th. V. Definitionem exciperet Divisio; At verò, cum
 hæc actio species non agnoscat, eã omisã ad Causas, & primùm
 quidem ad efficientem properamus.

Th. VI. Est autem causa Efficiens vel remota, vel pro-
 pinqua. Remotam quod attinet, duplicem habet Actio ad
 Palinodiam nimirum procreantem & conservantem, circa PROCRE-
 ANTEM distingvendum inter palinodiam consideratam mate-
 rialiter, seu quoad formam genericam, & formaliter, seu quoad formam
 specificam. Nam quantum ad materialem & genericam ejus existen-
 tiam pertinet, palinodix vestigia, etiam apud antiquos scripto-
 res invenire licet, ita Cic. lib. 2. ad Attic. 24. Divinam orationum
 suarum promittit palinodiam. Et Horatius, postquam puellam
 quandam matre, quam vocat, pulchra filiam pulchriorem inju-
 riosis offenderat jambis, at verò deinde in gratiam redire gestie-
 bat palinodiam canit petitque, ut

fiat recantatis Amica

Opprobriis, animum quereddat. Lib. 1. Carm. Od. 16.

Huc pertinet formula illa apud Plaut. in Amphyr. & Terent. Adelph.

Act. 2.

Act. 2. §. 1. Juro, Te esse indignum hâc injuriâ. Unde quoque originem ducit tritum illud proverbium: *Palinodiam canit*, de quo quidem Eufimius & alii latius consuli possunt. Verum enim verò si actionem ad palinodiam unâ cum ipsa recantatione formaliter consideremus, in quantum scilicet certa & specifica ei addita sit forma, rectè ejus introductionem moribus & consuetudini, eique fere universali, adscribimus, B. Dn. Patens i. D. 66. n. 9. Nec audiendus hîc est Eggeling, dum in tractatu de cumulati. Action. 6. 8. n. 3. actionem ad palinodiam juri Canonico haut incognitam esse frustra probare conatur per c. 1. X. de libell. oblat.

Th. VII. Et quoniam de eo inter omnes constat, consuetudinem sive jus non scriptum alteram juris Civilis constituere partem §. 3. l. de J. N. G. & C. l. 6. §. 1. ff. d. J. & J. l. 32. ff. d. LL. Jure meritoque actionem nostram in definitione appellavimus civilem, ut scilicet eam secernamus ab actione illa injuriarum æstimatoria, quippe quæ, cum ortum suum atque introductionem juri debeat prætorio §. 7. l. d. injur. iccirco & ipsa prætoris appellanda erit. Omnino igitur deferendus Hahn. ad Wesf. t. de injur. n. 18. asserens Actionem hanc ad Palinodiam non esse civilem, eò quod oriatur ex moribus. Nimirum per inversionem argumentum ejus pro nobis facere patet, ut ita proprio ipsius gladio illum jugulare queamus. Nec (2.) audiendus Berlichius p. 5. concl. præf. 62. n. 13. ubi dictam actionem statuit esse mixtam sequenti argumento: Quæcunque actio non ex eadem lege, sed ex diversis, puta ex lege civili & ex statuto vel consuetudine simul oritur, illa dici potest mixta. Atqui in actione ad palinodiam illud contingit. Ergo. Resp. negando minorem: quippe dicta actio purè & in totum ex jure non scripto seu consuetudine ortâ, delictum privatum, nimirum injuriam verbalem, pro causa efficiente proxima agnoscit. Nec obstat argumentum alterum, quod ibidem à natura actionis augmentativæ deducit. Resp. actionem nostram non esse augmentativam, sed talem, quæ per se subsistit & etiam elective absque cumulatione cum alia institui potest, ut infra in forma ib. LL. docemus. Nec magis mixturam probat argumentum Berlich.

Berlich. *d.l.* adductum à speciali favore injuriati ratione intro-
ducenda palinodiæ: quippe sibi ipsi ibidem respondet, scili-
cet quod eo ipso, quo ex speciali favore erga injuratum intro-
ducta sit actio ad palinodiam, non confundenda veniat cum
aliis injuriarum actionibus, adeoque nulla mixtura inde fin-
genda.

Th. II. X. Cæterum tempus quod attinet, quò actio hæc
primitus fuit introducta, de eo certiores nos reddit Blazerus
ad L. Diffamari in argumento legis n. 4. C. de ingen. manum. nimirum
eam coram Friderico III. prima vice agitatam, & in ea ad revo-
cationem verborum injuriosorum sententiam latam fuisse. Et
quoniam illa actio legislatoribus hætenus utilis visa fuit, ut
injuriantes, si videant, se per eam ad publicam & solennem re-
vocationem adstringi, eò magis ab injuriandi libidine arce-
rentur; accessit deinde ejusdem causa conservans: Dum Im-
peratoria non solum Lege, Ordin. Cam. *p. 3. c. 28. §. und sonder-
lich.* sed & specialibus quorundam Statuum constitutionibus,
velut Elect. Sax. *p. 4. Const. 42.* & Ducis Würtenb. *p. 1. t. 77.* Ob-
trahit auch bisshero. eam videmus comprobam. Ubi tamen
notandum, quod, licet de Actione ad palinodiam hodie, ut
modo dictum, jura habeamus scripta; nihilominus tamen
etiannum rectè eam dicamus juris non scripti, cum hætenus
causa procreans, non conservans, veniat attendenda. Alia
exempla hujus asserti esse possunt *Const. Sax. 26. p. 1. & Constit. 29.
p. 3.*

Th. IX. *Causam Efficientem* propinquam quod atti-
net, illa est *Jus ad Rem.* Perperam igitur Lauterb. *in Dissp. de
ass. Recantatoria th. IV. n. 3.* dicit, eam oriri ex obligatione. Quippe
(1) obligatio est privatio libertatis, privatio autem nihil posi-
tivi producere potest, cum non entis nullæ sint operationes.
elegant. Excellentiss. Dn. Praeses *in Metaphysica sua juridica imper
maximo omnium desiderio feliciter edita c. XI. §. X. in pr.* (2) Dif-
fert obligatio à jure ad Rem ratione *subjecti.* Nimirum corre-
lata sunt Illustr. Dn. Struv. *in Evolut. ad Ex. 44. th. 54.* quorum
hoc

hoc in creditore, illa ex natura correlatorum semper, si non in actu secundo, saltem in actu primo [quod in correlatis sufficere in simili docet Illustr. Dn. Lyncker. Patronus atque Preceptor meus ad cineres usq. devenerandus in Analect. ad Inst. lib. 1. t. 3. §. 2.] in debitore existit: uti plenius contra alios probat modo laudatus Dn. Præses inc. §. X. Illud equidem non negamus, dari obligationem in sensu activo intellectam, quæ, tanquam positivum, actionem personalem tanquam causa remotior pariat Paul. in l. 42. §. 2. ff. de procurat. Sed verò nec hæc viâ Lauterbachio succurritur, cum ita obligatio & conventio pro synonymis habeantur, adeoque illa distinctio ad fundamentum actionum personalium ex delicto oriundarum referri omninò non possit, eò quod hîc nulla conventio aut obligatio activa, sed factum illicitum requiratur.

§. X. Quoniam autem jus ad Rem sub se continet contra Eius & delicta, hæcque sunt vel vera vel quasi: vera iterum vel nominata vel innominata: nominata publica vel privata; privata autem de jure Justiniano numerantur quatuor: furium, injuria, damnum & vis bonorum raptorum; & porrò denique injuria est vel realis, vel verbalis: sciendum igitur, Actionem nostram oriri in specie ex injuria verbali. Richt. Conf. 357. n. 6. B. Parens 1. D. 66. n. 14. Si enim injuria realis fuerit commissa palinodix locus esse nequit. Berlich. p. s. concl. 62. n. 16. ibique præjudicium Illustr. Dn. Lynck. ad Struv. t. de injur. ib. 61, sed ejus Affine, (vid. ib. LXXXI.) deprecatio scilicet, obtinebit. Richt. cit. Consil. n. 7. Nisi reales injuriæ ejusmodi actus in se contineant, qui per se sunt ignominiosi & alicujus famam & existimationem lædunt: tunc enim ob injurias quoque reales injuriantem ad palinodiam condemnari posse, docet & præjudicio illustrat Berlich. c. n. 16. Exemplum quoque esse potest, si quando quis per elevationem duorum digitorum aliquem cornutum significaverit: tunc enim, licet illa injuria realis, non verbalis dicenda sit, injurians tamen nihilominus ad palinodiam, juxta Berlichii sententiam, tenebitur, cum idem sit, ac si dixerit? Tu es cornutus. Add. Govean. Var. lib. 1. c. 11. n. 2. Quænam autem injuriæ in genere pro verbalibus aut realibus sint reputandæ, exponit C. l. A. t. d. injur.

B

Th. XL.

T. XI. Nec tamen ex quibusvis injuriis verbalibus ad palinodiam agi potest, sed tantum ex illis, *quæ famam & bonam existimationem injuriati, non quæ aliud quid, concernunt*, Carpz. 2. q. 96. n. 32. B. Parens 1. D. 68. n. 17. Hinc constat, si alter alteri vitium corporis, v. gr. cæcitatem, objiciat, recantationem cessare, Dn. Lynck. d. th. 61. Si enim reverà objecto vitio laboret injuriatus, absurdè injurians se argueret mendacii, sin minus, quid opus esset recantatione, cum *ὁ φθὰ λποφάεζας* de falsitate constaret. Lauterb. cit. Disp. th. 10. Ad deprecationem tamen injuriatus omninò agere poterit, Berlich. 5. concl. 59. n. 18. [citante eum Schacher. in colleg. ff. præcl. 2. de injur. p. 668. extr.] Carpz. pr. cr. p. 2. qu. 97. in fin. Idem esto judicium, si quis obscenè verbis apud honestam utatur foeminam. Dn. Lyncker. d. th. 61. Item si quis alteri maledicat, *Ihm alle Teuffel und Seuchen an den Hals wünschet*/Carpz. 2. q. 97. n. 80. & 81. Quippe in his casibus itidem non palinodix, sed soli deprecationi locum esse docet. id. d. q. n. ult.

Th. XII. Sed quid si quis falso gloriatur: *Es habe sich dieß ses oder jenes Frauenzimmer mit Ihm versprochen & vice versa*, si femina ejusmodi desponsationem jactet: an ad palinodiam agi poterit? Resp. Si utraque persona sit honestæ vitæ & ejusmodi conditionis, ut salva alterutrius famæ & existimatione matrimonium, idque legitimum, inter illas esse possit, ex prædicto asserto palinodix locum esse haut puto, sed diffamatum potius ex l. *Diffamari C. de ingen. manum.* agere debere. Secus autem dixeris, si injuriata persona propter ejusmodi desponsationem, si verè intercesserit, famæ & bonæ existimationis periculum subire necesse habeat, v. g. si jam tum cum alia persona sponsalia contraxerit, cum plura sponsalia contrahens infamis fiat, Carpz. 2. q. 97. illustr. Dn. Lynck. ad Struv. tit. de his, qui notantur infam. p. 67. Item, si persona diffamans infamiam aut levis notæ maculam laboret, aut aliàs vilissimæ sit conditionis; pars autem diffamata sit persona honesta, & in dignitate quâdam constituta.

Th. XIII. Et quia omnis injuriæ substantiale requisitum est

ad Palinodiam.

est animus injuriandi l. 3. §. 1. l. 5. Cl. 11. pr. ff. §. 11. *Inst. de injur.* Gail. 2. O. 99. n. 5. iccirco hinc de probatione ejus agendum foret; verum, cum illa pertineat ad generalem injuriarum tractationem, & præterea quoque Lauterbachius *in cit. Disput. 1h. 12. 13. & 14.* plenius de ea disseruerit, Lectorem benevolum, brevitati studentes, eo volumus remissum. Illud in genere sciendum, nihil interesse, an dictis scriptisve injuria fuerit prolata, l. 15. §. ait prætor. ff. de jurejur. Lauterbach. comp. ff. p. 663. Sande 5. 8. 70. Fach. lib. 9. c. 9. In Camera tamen contrarium obtinere, & ex scriptis injuriis ad palinodiam agi non posse, ex Gailio docet. Brunn. ad l. 1. ff. de injur. n. 3.

Th. XIV. Sed an ex Famoso Libello hæc actio detur, Queritur? Aff. Lauterb. comp. Jur. p. 671. in similib. ubi Carpzovium 4. 4. D. 5. §. 6. pro adstruenda sententia sua allegat; verum Carpzovius, perversè intellectus Lauterbachio, apertè contrarium asserit in d. D. 6. & negantium, tanquam veriolem, sententiam sequenti illustrat præjudicio: P. P. So haben Sie daran als lenthälben zuviel und unrecht gethan / derowegen werden sie alle fünfse auff 2. Jahr lang des Landes verwiesen. Aber mit dem Wiederruff bleiben Sie gestalten Sachen nach / weil man in crimine famosi libelli versiret / billich verschonet! V. R. W.

Th. XV. Exempla injuriarum verbalium, ob quas palinodia dictari potest injurianti, varia in terminis apud DD. hinc inde invenire licet, ut si quis aliquem dicat ingratum & impudentem, Esbach. ad Carpz. 4. 45. 1. n. 4. Si quis divitem de paupertate diffamaverit, Idem, *ibid.* n. 5. Qui non debitorem quasi debitorem appellet, præsertim si diffamatus sit mercator: quippe cujus fides hoc modo apud alios mercatores facili negotio immane quantum vacillare, ipseque in præsumtionem fallendi incidere possit, prouti quoque ejusmodi diffamatori palinodiam injunctam esse præjudicio confirmat. Carpzov. 4. 45. 1. n. 6. seqq. Idem dicendum, si alter alteri illegitimitatem nati- vitatis falsò objecerit, aut per calumniam de eo disseminet, quod secutus sit gesticulatores, circulatores, Seiltänzer, Bä-

renführet/ & alios ejusdem farinae abjectos vilesque homines. Porro ad recantationem tenetur ille, qui se hanc, vel illam, sceminam carnaliter cognovisse jaetat. Prouti in perillustri Cancellaria Ostfrisca judicatum refert B. Dn. Parens *1 Dec. Ostfris. 67. n. 17.* Aliud praedictum ejusdem generis habet Carpz. *4. 45. D. 2.* in tantum, ut, si alios quoque actus illicitos se commisisse cum honesta scemina falso disseminet, idem obtinere debeat. Sed quid si jaetator non ex proposito alicujus famam ledendi, sed forte, uti saepius, praesertim inter pocula, fieri solet, ex quadam jaetantia animique levitate, utque ab aliis habeatur talis, quem ultro virgines aut mulieres appetant, ejusmodi concubitum cum aliena persona jaetati? Dicendum, nihilominus ad palinodiam condemnandum esse jaetatorem, Beilich, *p. 5. concl. 68. n. 1. seqq.* Carpzov. *4. 45. D. 2. & pr. cr. p. 2. q. 96. n. 42.* Nec secus dicendum erit, si scemina forte eo impudentia procedat, ut cum alieno viro aut juvene se concubuisse giorietur, prouti decisum testatur Carpz. *d. q. 96. n. 50. seqq. & 4. 45. D. 3.*

Th. XVI. Illud quaeritur: An, si crimen aliquod alteri obijciatur, ille diffamatus possit agere ad palinodiam? Aff. praepimis in praxi forensi. Ita enim diffamanti quendam de crimine Sodomiae palinodia injuncta fuit in per-illustri Cancellaria Ostfrisca B. Dn. Parens, *1. D. 67. n. 15.* Item succumbenti actori de furto civili in puncto conventionis, tanquam Reo in puncto reconventionis palinodiam dictatam faise in per-illustri Curia Ostfrisca testatur Id. *ibidem n. 19.* Eandem quoque sententiam passus est alius in eadem Curia, qui mulierem, ut auxiliatricem furum, dass Sie mit Schelmen und Dieben holte und tolte/ diffamaverat. Id. *ibid. n. 4.* ut innumera alia exempla brevitatis ergo praetereamus.

Th. XVII. Sed quid si injurians offerat objecti criminis aliusve injuriae probationem? Resp. equidem veritatem injuriae aut criminis objecti injuriantem in genere non excusare, nos docet Carol. V. Imp. in *Ord. crim. art. 110. extr.* his verbis: Und ob sich auch gleichwohl die auffgelegte Schmach der zugemessenen That in der Wahrheit erfünde/ soll dennoch der Anruffer solcher

cher Schmach nach Vermöge der Rechte und Ermäßigung des Richters gestraffet werden. Ubi quidem, quod obiter notandum, distingvit Andr. Gail. 2. *obs.* 99. aliique eum secuti, [quos refert Carpz. 2. *Resp.* 61. n. 2.] An expediat reip. convicium sciri, an non expediat; hinc actionem injuriarum locum habere docent, ibi minimè. Verùm, si rem penitus inspiciamus, dicta illa Gailii & ceterorum distinctio totum hanc conficere videtur negotium: Quid enim si diffamans objiciat crimen conviciumve, quod quidem sciri Reipubl. interfit, sed hoc faciat extrajudicialiter? Sanè quoniam hinc privata potius excandescencia pravaque injuriandi libido, quam amor & justus pro Reipubl. zelus subesse videtur, cum in genere omnis actus legitimus injuriam habeat, quando præter debitum & legitimum modum sit, vid. l. 29. §. 7. ff. ad L. Aquil. Mynsing. 4. O. 4. Iccircò ejusmodi diffamatorem omninò non liberari putamus cum Carpzovio d. *Resp.* 61. n. 6. Sed eundem tunc demum pronunciamus liberum, si crimen, quod (1) sciri Reip. interfit, (2.) in judicio legitimè proponat & objiciat. Nec quicquam juvat Dissidentes l. 18 ff. de injur. nam Resp. loqui textum de tali infamatione, quæ facta erat per legitimam denunciationem, vid. Mev. 3. D. 377. & Illustr. Dn. Struv. *Ex.* 48. th. 55. ubi d. l. 18. eleganter & latius explicant. Quid? Quod pro nostra sententia apertè militent, l. 5. C. de injur. & l. 3. C. de off. Reft. Provinc. Ubi sola objecti criminis veritas ab actione injuriarum neminem liberat, sed requiritur insuper, ut ne per libidinem, sed citra consilium & animum injuriandi convicia protulerit, quod solus legitimè denunciatus fecisse putandus est, vid. Carpz. cit. *Resp.* 61. n. 8. & latius Berens ad *Instit.* Disp. 14. item. 2. *Quest.* 7.

Th. XIII. Sed, an dicta in th. precedenti etiam ad palinodiam extendi possint? DD. non conveniunt. Nos negantium opinionem tanquam saniozem veriozemque amplectimur, & injuriantem, si de veritate injuriæ constet, à palinodia omninò liberum esse putamus. Nam (1) in omnibus sententiis condemnatoriis, in quibus Reo palinodia injungitur, quasi pro

ratione decidendi allegatur, daß der Injuriant nichts von dem vorgeworffenen Injurien beweisen können. prouti videre est ex præjudiciis, quæ exhibet B. Parens *l. D. 67. n. 15. 17. 19.* Unde à contrario sensu haut obscure colligere licet, probationem liberare à recantatione. Facit (2) Const. Elector. Saxon. *42. p. 4. verb. Sezen / wollen und ordnen / daß ein jeglicher &c. dem beschwehrtten und injuriirten Theile Nach Befindung der Unschuld einen öffentlichen Widerruf vor Gerichte zu thun schuldig.* Ergo (concludimus iterum à contrario sensu) si innocentia non appareat, sed potius de veritate objecti criminis vel injuriæ constet, injuriantem ad recantationem non teneri. Berlich. *p. 5. concl. 62. n. 24.* Quid? quod (3.) hæc actio non tendat ad vindicandam injuriam, sed potius ad id, ut reus recantet crimen conviciumve, quod per mendacium Actori objecerat. Unde quoque est, quod in ipsis formulis revocatoriis (quarû aliquam inferius exhibemus) injuriantes se ipsos mendaces profiteantur, evomitæque injurias, tanquam *filas & commentitias*, rursus se devorare dicant. B. Parens *l. D. 68. n. 11.* Quod ipsum sanè ridiculum foret, si prolata veritati fuissent consentanea. Prosp. Farinac. *in pr. crim. p. 3. q. 105. n. 74.* Et hanc sententiam quoque tuetur Brunnem. *ad l. 21. ff. de injur. n. 5.* Berlich. *5. concl. 62. n. 23.*

Th. XIX. Malè igitur Joh. Damhoud. *in sua pract. crim. c. 136.* (quem refert Berlich. *d. n. 23.*) Carpz. *pr. cr. p. 2. q. 96. n. 73. seqq.* & Mev. *2. D. 105.* Reum, licet veritatem per convicium dixerit, ad palinodiam nihilominus condemnandum esse asserit. Nec obstat Ord. Crim. *art. 110. extr.* (quem articulum pro se citat Carpz. *d. q. 96. n. 74.*) Resp. loqui textum de pena, sive pecuniaria, sive corporis afflictiva diffamatori imponenda, quod expressè innunt ultima *cit. art.* verba: *Nach Vermöge der Rechte und Ermäßigung des Richters gestraffet werden.* Palinodia autem non est pena, ut inferius docetur. Imò nec ipse Carpzovius hæc in parte sibi videtur constare. Primò enim in *cit. q. 96. n. 34.* ait: *ad palinodiam teneri eum, qui falsum aut scelus alicui imputat, nec probare hoc potest.* Ergo si proba-

bare possit, non tenetur. Præterea quoque in casu, ubi quis se viduam quandam carnaliter cognovisse gloriatus fuerat, primitus quidem diffamatori palinodiam fuisse injunctam, sed deinde, cum ipsa vidua concubitum confessa esset, adeoque de veritate injuriæ constaret, sententiam priorem reformatam, & à palinodia liberatum esse Reum, Idem docet & præjudicio illustrat. 4. 45. D. 4. junct. cit. q. 96. n. 53. seqq. in tantum, ut, licet se offerens ad probationem concubitus non habeat probationes luce meridianâ clariores, sed tantummodo tale quid doceat, ex quo copula carnalis aliqua ex parte conjecturari possit, non tamen recantatio, sed nuda deprecatio, eine Christliche Abbitte dictata fuerit, prouti idipsum præjudiciis confirmat idem Carpzovius 4. 45. D. 5. & d. q. 96. n. 55. seqq.

Th. XX. *Causam efficientem principalem* excipit *minus principalis* nempe, **Impulsiva**, quæ est vel *interna*, vel *externa*. **Causam impulsivam internam**, seu quæ internè movet ad introducendam actionem ad palinodiam, dico amorem famæ atque existimationis, quæ, si alterius conviciis injuriisq; petulantibus, licet non vere, tamen quodammodo, violetur, per dictam actionem, quam optimè & plenissimè refarciri possit. **Externam** causam impulsivam partim constituit opinio vulgi imperiti, quippe ex præconcepta quadam opinione sibi persuadentis, alterius famæ per maligni cujusdam injurias immane quantum detrahi, nec sufficere, licet per sententiam declaratoriam injuriatus integræ famæ scelerisque purus pronuncietur: partim ipsorum injuriantium malitiosa injuriandi libido, nimirum, ut, si ad contumeliosam illam recantationem se videant adactos, cauti desistant aliorum bonæ quicquam deradere opinioni.

Th. XXI. **Finis** actionis nostræ est vel *propinquus*, vel *remotus*. **Propinquus** est, ut injurians injurias & objecta convitia publicè revocet, eaque in os suum se mentitum esse afferat, adeoque, ipse id, quod intriverat, exedat. *Finis*
Remo-

Remotus est, ut per ejusmodi publicam revocationem, omnis dubitatio, quæ de famâ, per convitia injuriantis quodammodo læsâ, in hujus vel illius animo imprudentis atque imperiti vulgi orta fuit, penitus eximatur & tollatur. Carpz. 2. q. 94, n. 17, fin. B. Parens 1. D. 66, n. 17, & 1, D. 68, n. 16.

Th. XXII. Expositis causis externis sequuntur Internæ, materia & forma. *Materia est vel subjectiva vel objectiva. Illa iterum vel activa, vel passiva. Subjectum Activum* sustinent dicto modo injuriati. Nec refert, utrum laesus tempore illatæ injuriæ præsens fuerit, nec ne, cum & absens injuriam pati possit; l. 15, §. 7, ff. de injur. Unde fuit, quod si ex. gr. Titius Sempronium in literis ad Cajum datis injuria verit, eaque Sempronio in manus incidant, hic auctorem, literarum injuriosarum ad palinodiam convenire possit; vid. tamen Mev. 5. D. 220. Nec porro refert, utrum noviter injurians injuriatum de facie, nec ne l. 18 §. 3. eod. in tantum, ut si vel impersonaliter injuria prolata fuerit, sufficiat tamen ad fundandam actionem nostram, si saltem ex circumstantiis specialioribus colligi liceat, quemnam injurians injuriis suis voluerit injuriatum, arg. l. 6, ff. de R. C. Berlich. 5. concl. 59, n. 45. Carpz. 2. Resp. 59. Nec requiritur præcisè, ut injuriatus ipse sentiat, aut doli capax sit. l. 3, §. 2. ibid. quippe quod in solo supponitur injuriante. Unde quoque est, quod furiosus & impubes injuriam pati, posse dicantur, in c. l. 3, §. 1. licet ipsi injuriam alteri inferre nequeant d. §. 1.

Th. XXIII. Sed quid si injurians erraverit circa personam, quam injuriare voluit? Resp. aut quaeritur de injuriarum actione ipsi injuriato acquirenda, & error non prodest injurianti. Rationem suppeditat Paulus J. C. in l. 18, §. 3, eod. Nam, inquit, certus ego (injuriatus) sum, licet ille (injurians) putet me alium esse, quam sum. Aut secundo quaestio est de actione alii, mediate scilicet, acquirenda ex. gr. si filius familiæ, quem injurias patrem familiæ: aut alterius uxor, quam viduam esse putabat, injuriati sint. Et dicendum, dictis in casibus patrem aut

-omni

ma-

maritum non habere actionem. *d.l. 18. §. 4.* Nisi in genere sciverit injurians, injuriatum esse filium familiās, aut alterius uxorem. *d.l. 18. §. ult.* Quippe illud est aperti juris, injuriam fieri nobis, non modo immediate, sed etiam mediate per alias personas aut potestati, aut affectioni nostrae subiectas; quae tamen omnia, cum ad generalem injuriarum tractationem potius pertineant, & praeterea etiam a Lauterbachio in *cit. Disp. th. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.* latissime sint exposita, Lectorem Benevolum, ne ex scriptis scripta facere cogamur, eo remittimus.

Th. XXIV. Illud notandum, quod, si Vasallus Dominum suum directum injuriaverit, eaque injuria verbalis sit atrox, hic non solum ad palinodiam convenire Vasallum suum, sed & privationem feudi cumulative in uno eodemque libello petere possit. Schrad. *d. Feud. p. 2. p. 9. sect. 6. num. 51.* Egge-ling *de cumulat. action. cap. 8. num. 9.* Num vero idem quoque in Vasallo injuriato obtinebit? plane palinodiam eum petere posse putamus, secus judicantes de amissione Domini directi, ob diversitatem rationis, quae in hac correlatione hactenus intercedit: Nec minus quoque Sacerdos ad palinodiam agere poterit, cum nusquam in sacris literis, aut Ecclesiasticis ordinationibus ejusmodi famae persecutio inveniatur prohibita. Excellentiss. Dn. Simon, Praeceptor meus honoratissimus in *Praesid. Academ. p. 2. Disp. 3. m. 1. th. 4.* Exemplum exhibet Carpzovius *p. 2. 9. 94.* ubi quis Superintendententem appellaverat einen hundert Sacramentischen Psaffen/Schelm und Dieb/ den hundert Paar Teuffel holen solten.

Th. XXV. Insuper & illud observandum venit; judicem, si ab aliquo fuerit injuriatus, non posse in continenti absque accusatione, & praetermisso juris ordine ad palinodiam compellere injuriantem, sed eum, aequè ac privatum, teneri competentem superiorem adire judicem. Carpzov. *p. 2. 9. 95. n. 88. & 89. ubi prejudic.* Gail. *1. O. 39. & alii DD. cit. Carpzov. d.l.* ut maxime contrarium asserant DD, si instituitur quaestio de pena arbitraria Reo imponenda: quippe tunc, si (1) judici, ut judici & intuitu officii ipsius, injuria fuerit illata, (2) ea sit

evidens & notoria, nullaque ulteriori indigeat probatione, judicem dicto modo procedere posse, ex *Gail.* docet Carpzov. *d. l.* Et licet quoque judex, si ex officio & inquisitorie in injuriis alii illatis procedat, injurianti poenam arbitrariam vel maxime injungere possit; contrarium tamen specialiter in imponenda palinodia obtinet, quippe quæ, nemine accusante, non dicitur Carpz. *q. 96, n. 9.*

Th. XXVI. Sed quid de herede injuriati dicendum, an ille quoque palinodiam petere poterit? Resp. in genere distingvendum puto, an injuria alicui illata sit jam mortuo, an adhuc in vivis existenti. Priori in casu tam heres, quam bonorum possessor indistincte, ad palinodiam agere poterit *l. 1. §. 4. & 6. de injur.* cum non solum ipse mortuus pati possit injuriam, docente Brunnem. *ad l. 3. ff. eod.* verum etiam per consequentiam heres in cadavere mortui injuriati injuriatur. Eleg. *Ulp. in l. 1. §. 4. eod.* Dn. *Thomas. ad Strauch. D. 19. ib. 13.* Hinc quoque est, quod in sententia condemnatoria tam defuncti injuriati, quam ejus heredum, actionem instituentium, fiat mentio: **Dass Er dem Verstorbenen und dessen hinterbliebenen Erben einen Wiederruff zu thun schuldig sey.** Vid. *Carpz. q. 96. n. 30.* Nec refert, utrum illata sit injuria ante aditionem hereditatis, an vero post. Ibi enim actio statim acquiritur jacenti adhuc dum hereditati (quippe quæ personæ moralis sustinet vicem, *§. 4. §. de hered. Inst. pr. §. de stipulat. servor.*) & deinde cum hereditate in heredem transit. Hic autem ipsi heredi quodammodo facta esse censetur injuria, adeoque proprio nomine actionem habet *d. l. 1. §. 4.* Nec tantum heredibus ac bonorum possessoribus, ut modo dictum, hæc actio competit, verum etiam aliis, qui mortuo injuriato vinculo quodam, sive matrimonii, sive sanguinis, conjuncti fuerunt, licet illi heredes non existant. Ita vidua tam suo, quam filii nomine, pro injuria defuncto eorum respective marito & patri facta, in actione ad palinodiam obtinuit apud *Carpz. q. 96. n. 29.*

Th. XXVII. Posteriori casu, nimirum si post illatas injurias injuriatus demum mortuus fuerit, iterum distingvunt DD. an scilicet lis ante mortem injuriati ab eo fuerit contesta-

ta,

ta, nec ne : seu secundum Augustissimæ Imperialis Cameræ observantiam : An citatio jam tum Reo fuerit insinuata, nec ne, Harpp. ad *S. f. J. de injur. n. 97.* Illust. Dn. Lynck. ad *Sirvo. d. t. th. 62.* Si injuriatus post L. C. aut respectivè citationis insinuationem diem obierit, heres litem proseguere, & injuriantem ad palinodiam omnino adigere poterit. Carpz. p. 2. q. 96. n. 26. & 4. 42. D. 12. (ubi pro hac sententia judicatum refert) B. Parens 1. D. 68. n. 26. & DD. communiter. Sin contrà, itidem heredibus indistinctè competere actionem ad palinodiam adversus injuriantem, post Harpp. à se citatum, statuit Lauterb. in *comp. ff. p. 669.* & in *cit. Disp. th. 25.* quem sequitur Dn. Mylius in *cit. Disp. th. 6.* Contrarium docente Carpzovio 2. q. 96. n. 25. & d. Def. 12, n. 3. & 2. Resp. 6. n. 9.

Th. XXIIIX. Nos hîc iterum distingvimus. Nimirum aut movit quidem injuriatus litem, sed fato præreptus eandem contestari non potuit ; aut omninò non movit. Illo casu hæredes litem reassumere & proseguere posse, verius putamus, hæc potissimum suffulti ratione : Quæcunque Actio ex delicto oriens est talis, quæ non tendit ad meram vindictam, illa est transitoria in heredes, etiam ante L. C. Atqui actio ad palinodiam est talis, &c. E. Major probatur per *sexii. cit.* Lauterbachio in *comp. ff. p. 623.* minor per se patet, cum actio ad palinodiam naturâ suâ sit rei persecutoria, quippe tendens ad famæ quodammodo læsæ restitutionem, ut infra in *Objecto* docebitur. Nec obstat, quòd in genere dicatur, injuriarum actionem tunc demum heredi competere, quando lis est contestata : per *xxii. cit.* Carpzovio, *locis superius allegatis* Resp. loqui textus illos de injuriarum actione pœnali, jure scripto introducta, add. l. 7. §. 1. *ibi* : *At in actione. ff. de injur.* adeoque ad actionem ad palinodiam applicari non posse. Posteriori casu, nimirum si injuriatus non movit litem, heredes, qua tales, ad actionem ad palinodiam post injuriati mortem non admittendos esse arbitror, non obstante, quòd modo allatum argumentum hîc quoque locum invenire queat. Quippe illud eatenus limitandum est, nisi scilicet remissio præfu-

mi possit, quam ipsam, eò quòd litem non movit, cùm movere potuisset, saltem tacitè intervenisse statuendum est, cùm præterea aperti Juris sit, injuriatum, etiam in præjudicium heredis sui, qua talis, injuriam remittere posse injurianti.

Th. XXIX. Notanter autem addo particulam reduplicativam. Nam quodsi ejusmodi defunctus injuriatus sive potestati, sive affectioni illius, quem reliquit heredem, subjectus fuerit, ita, ut vel ex propria persona heres agere, nec injuriatus illi per ejusmodi præsumptam remissionem præjudicare possit: vid. Lauterb. comp. ff. p. 664. & in cit. Disp. th. 16. seqq. omninò admittendus erit; sed non quatenus est heres, verum quatenus ipse jam tum mediàtè per personam, jam defunctam, injuriatus fuit.

Th. XXX. Cæterum de eo nihil dubitatur, quin in actione ad palinodiam ex parte Actoris procurator intervenire queat, sive illa electivè, sive cumulativè cum affirmatoria, aut criminali ad pœnam arbitrariam instituatur. Berlich. p. 5. concl. 62. num. 10. Mynsing. 2. O. 98. n. 6. & 7. Harpp. ad §. 10. J. de injur. n. 66. Carpz. pr. cr. p. 2. q. 95. n. 50. seq. Berens Disp. ad L. 14. them. 2. Quest. 3. n. 4. vid. l. 11. §. 2. ff. de injur. junct. l. 42. §. 1. ff. de procurat.

Th. XXXI. Illud quoque sciendum, quòd non solum hæc vel illa persona physica in individuo injuriantem ad palinodiam convenire possit, sed idem etiam in personis moralibus e. g. Municipio, Universitate, Senatu, aliisque collegiis injuriatis procedat. Modest. Pistor. V. 1. C. 26. n. 44. Harpp. ad §. 2. J. de injur. n. 40. Carpz. 2. q. 96. n. 17. & 18. ubi pro injuriato ministerio ùa responsum esse refert.

Th. XXXII. Sed quid si omnes, aut saltem plures, qui tempore admisse injurie hujus vel illius collegii fuerant membra, mortui sint, an & successores defunctorum Antecessorum famam persequi possunt? Dicendum, quod sic, idque ex hâc ratione, quod, si quando collegium injuriatur, non quodlibet ejus membrum in individuo, sed collegium qua tale, id est, quatenus unam personam mora-

moralem sustinet, injuriatum censeatur. Quæ persona moralis porro non nisi toto collegio dissoluto moritur, sed in successoribus & noviter electis vivit & perpetuatur. Eleg. in simili Alphenus Jctus in l. 76. ff. de judic. late Carpzov. 2. Resp. 65. ubi non tantum judicatum pro hac ratione in prima instantia refert, sed illam quoque sententiam, devoluta per appellationem causa ad Sereniss. Sax. Elect. in supremo appellation. Judicio confirmatam esse testatur: ex- plosis rationibus à parte adversa prolatis. Et licet porro convicia contra collegium aliquod evomita omnia ejusdem tangant, membra, non tamen cuilibet in individuo, sed toti collegio, ceu uni personæ morali, actio ad palinodiam competit. Carpz. c. l. n. 15. seq.

Th. XXXIII. Ultimo locò quæritur: An si injuriatus ad illatam injuriam taceat, nec actionem ad palinodiam aut aliam injuriarum actionem instituat, fama sua subeat periculum, adeoque ab honestis collegiis possit removeri? Quod omnino negandum per rationes, quas infr. in contrariis tradimus. Carpzov. p. 2. q. 95. n. 90. seqq. ubi præjudicia.

Th. XXXIV. Absoluto subjecto actionis nostræ activo ex ratione methodi se evolendum offert subjectum passivum, per quod intelligo illos, quos contra hæc actio institui, quique causâ cadentes, ad palinodiam cantandam adigi possunt. Suntque omnes & singuli injuriantes de injuriis confessi & convicti B. Parens 1. D. 68. th. 17. Consent. Const. Elect. Saxon. 42. p. 4. his verbis: *Sezen / wollen und ordnen / daß ein ieglicher / wer der auch wäre / so freventlicher und mutwilliger Weise andere Mann oder der Weibes Personen an Ehren schmähen / lästern / schänden und injuriiren / und derhalben rechtlich beklaget werden / dem beschwerten und injuriirten Theile / nach Befindung der Unschuld einen öffentlichen Widerspruch vor Gerichte zu thun schuldig seyn soll.* add. Carpzov. 2. q. 94. n. 18. Ex qua constitutione concluditur, palinodiam canere non solum masculos, sed & feminas, non viles tantum, sed & in dignitate constitutos: prouti exemplum de Do-

Etore ad palinodiam cantandam adaeto, una cum ipsis præjudicii verbis exhibet Berlich. *5. concl. 62. n. 19.* consentiunt Theodoric. *in judic. crim. c. 2. a. 2. lit. d. n. 16.* B. Parens *d. Dec. n. 18.* frustra dissentit Petr. à Plac. *in Epit. delict. c. 1. n. 23. & seq.* quem refert Berl. *d. l.*

Th. XXXV. Sed quid de Nobili dicendum, an ille ad palinodiam tenebitur? Negant Ignat. Lopez *in pract. crim. canon. c. 70. n. 7.* Covarr. *lib. 2. Var. Resol. c. 9. n. 4. vers. Quinto & seq.* Tiraquell. *de nobilit. c. 20. n. 108. ibi: nobiles.* Alii (2) Distingvunt, an injuriatus sit æquè nobilis: & tunc illum ad palinodiam teneri dicunt. Richt. *1. D. 1. n. 132.* aut sit plebejus: & Nobilem injuriantem non teneri ad palinodiam asserunt. Idem *d. D. n. 134.* Hahn. *in Diss. de Jure Nobilium singulari th. 32.* Reſtius denique (3) Nobilem indistinctè, sive æquè nobilem, sive ignobilem injuriaverit, palinodiam canere oportere docent Theodoric. *in judic. crim. c. 20. a. 20. lit. D. n. 19.* Carpz. *2. g. 96. n. 12. seqq.* B. Dn. Parens *d. D. 68. n. 19. aliique his citati.* Etenim, cum hæc actio sit rei persecutoria, tendens ad famæ, quodammodo læsæ restitutionem, adeoque hic agatur de satisfactione parti læsæ debita, non video sanè, cur aliquis personarum obtinere queat respectus, Berlich. *p. 5. concl. 62. n. 30.* Carpz. *d. g. n. 13. extr.* jung. Bald. *in l. 4. C. de summa Trinitate;* quem refert Da. Mylius *cit. Diss. th. 7.* Præterea disertè hoc innuunt, & omnem personarum differentiam tollunt, verba cit. Const. Elect. *42. p. 4.* **Daß ein jeglicher/ wer der auch wäre:** quippe quorum ea est natura, ut neminem exceptum relinquunt. Berlich. *d. concl. n. 19.* Nec obstat, quod cum nobilibus agendum sit, mitius. Tiraquell. *cit. n. 108.* Resp. hoc, ut dictum, non procedere in iis judiciis, ubi rem nostram prosequimur, sed tantum in illis, ubi de pœna Reo injungenda agitur. Quid? Quod nec ibi indistinctè nobilitati parcatur, verùm tunc denique, cum illa pœna arbitrio judicis est relicta. Quod si enim certa quædam pœna huic vel illi delicto univèrsaliter & absque expressa exceptione sit statuta, ab ea judici propter personarum puniendarum respectum recedere regulariter non licebit. Carpz. *c. n. 13.* Et cur quæso de Nobili dubitare volumus,

Iumus, cum etiam Comites ad palinodiam condemnatos esse reperiamus. Ita Curia Electoralis Saxon: pronunciavit in Sachsen M. A. contra Graff Ernst zu Mansfeld: Daß beklagter Herr Graff Klägern wegen der libellirten Injurien alhier einen öffentlichen Wiederruff zu thun / und die zugefügte Injurien mit 100. fl. Reinsch/ zu milden Sachen anzuwenden / zu verbißsen schuldig. Et in Termino Invocavit 1595. repetita est hac sententia sub comminatione pœnæ, daß beklagter Herr Graff Vermöge unsers jüngst gesprochenen Urtheils den Wiederruff Klägern bey 200. fl. Rein. auff nechstkünfftigen Gerichts-Termin in eigener Person nochmahls zu thun schuldig. Referente hoc præjudicium Fackelth. in appendice observat. O. 16. n. 10. Illud interim non negamus, quod, si persona, à Nobili injuriata, sit vilis, nec injuria nimis atrox, possit iudex, his aut aliis concurrentibus circumstantiis, palinodiam in deprecationem convertere: prouti id ipsum sæpius factam esse in Scabinatu Elect. Sax. tradit Carpzov. c. 4. n. 15. Ita quoque in Hispania Nobiles quidam, dicti Fidalgi, hoc est, filii proprii sui facinoris aut præmii, ex speciali privilegio ad palinodiam condemnari nequeunt, sed ejus loco summam quandam pecuniæ pensitant: ex hac scilicet ratione, quod in eandem palinodia Reus se ipsum arguat mendacii, cum tamen, inquiunt Hispani, Fidalgæ non conveniat mentiri, uti ex Salazar. de usu & consuetud. c. 1. n. 109. refert B. Parens d. D. 68. n. 23. Cæterum, quatenus Dominus directus injurians Vasallum suum, hicque, si Dominum suum injuriaverit invicem teneantur, expositum jam supra in subjecto activo.

Th. XXXVI. Illud quaeritur: An etiam in clericum seu pastorem hac actio intentari possit? Negant Prosp. Farinacius in pr. crim. p. 3. q. 105. n. 75. ibi: secundo in clerico. Sagolda de Samoza in tract. de Reg. Protell. p. 2. c. 4. n. 171. Berlich. p. 5. concl. 62. n. 22. Boer. conf. 4. n. 40. Opinantes quidem, quod ab injuriato veniam rogare debeant clerici non autem adstringi possint, ut se mentitos esse asserant. Rectius è contrario affirmant Carpzov. 29. q. 6. n. 19. 20. & 21. (ibi ita responsam esse meminit) & Jpr. consist. lib. 3.

1.9. D. 101. n. 5. seq. Hahn. ad Wesenb. t. d. injur. n. IV. ad verb. sed & magistratus. B. Parens Dec. 68. n. 21. Excellent. Dn. Simon. in suo presid. Academ. p. 2. D. 3. membr. 2. th. 9. Equidem cum (1) nusquam a generali illa recantandi sanctimonia clerici reperiantur excepti, Carpzov. c. 9. 96. n. 19. imo potius (2) sub Const. El. & Elect. Sax. 42. p. 4. ibi: daß ein ieglicher/ wer der auch sey/ omnino comprehendantur Juribus adductis Carpzovio *ibid.* n. 20. Et (3) pro nobis militet argi. *textus* in R. J. Aug. Vindel. d. ann. 1530 §. und haben wir ibi: daß die Prediger das Evangelium &c. predigen und lehren &c. und dazu stumpfsirens/schmähsens und lästerns sich enthalten, junct. text. R. J. Spirens. d. A. 1542. §. Damit aber. Non apparet, cur absque Juris auctoritate ejusmodi immunitas illis sit tribuenda. Et quis quæso dubitat (verba sunt Ignat. Lopez. in *pract. crim. canon.* c. 70. n. 7. quem refert Theodoric. in *judic. crim.* c. 2. aph. 20. n. 18.) quod justum sit & rationi naturali congruum, quod clericus, qui falsum crimen alicui imposuit, ex quo fama alicujus laesa est, dicat, se mentitum esse, ut per hoc fama illi restitatur: maxime, cum ad hoc teneatur, tanquam Christianus & ad id a confesore, etiam non petente injuriato, cogendus sit. Neque judex (ait Id. *ibid.* paulo post) ut pius sit injurianti, crudelis debet esse injuriato, qui tali modo honori suo satisfieri petit. *hactenus Ille.*

Th. XXXVII. Stabilire quidem conantur sententiam suam dissentientes per *cap. clericus maledicus*, *dist. 46.* ubi clericus poenam suam jam statutam habet, nimirum ut veniam postulet ab injuriato, aut, si noluerit, degradetur. Resp. loqui textum non de clerico injuriante, sed maledico, adeoque huc, tanquam alienum, non quadrare, cum nec laicus, si maledixerit ad palinodiam, sed deprecationem condemnatur. Carpzov. 2. 9. 97. n. ult. vid. supra in *causa offic.* Nec juvat (2) clericum injuriantem singularis ipsius sanctimonia pastoralis, quippe dum proximum suum injuriavit, ipse illam commaculavit, cum contra officium boni Christiani, & quod magis est, boni pastoris, quippe qui exemplar pietatis & mansuetudinis toti Ec-

clesia

clerici se præbere debebat, peccaverit. Nec obstat (3) iudicis fortasse secularis inhabilitas, quam conventus Sacerdos opponere posset. Superest enim Consistorium Ecclesiasticum, quod si probè constitutum esse dici debeat, ex politicis atque clericis constare oportet, unde nec hæcenus læso supplicanti juris & iustitiæ administratio denegari poterit. Quid? Quod si manifestæ injuriæ politicæ à Sacerdote intermiscantur, forum etiamulare admittit Facultas Theologica Tubingensis Mens. Mart. 1620. in quæst. Ob ein Prediger seiner Stråß Predigten halber für weltlichen Gerichten zu antworten schuldig sey. *ferè in f. in verbräber ma nichten für ein weltlich Gerichte leichtlich (es wären dann manifestæ injuriæ politicæ mituntergelauffen) geschleiffet werde. prouti ex Dedecken. p. 872. n. 6. sect. 3. membr. 3. lib. 1. p. 3. 1. testatur Dn. Simon. in Presid. Acad. p. 2. D. 3. m. 2. th. 9. extr.* Nec obstat (4) quod dissentientes pro opinione sua negativa afferunt, nimirum ex actione ad palinodiam condemnatum fieri infamem; Sacerdotem autem infamatum sacra administrare non posse. Resp. enim negando actionem hanc per se esse famosam per ea, quæ infr. in effectu tradentur. Licet nec hoc quicquam insuper impediret, cum liceat magistratui supremo Sacerdotem, si aliquid infamiæ digni committat, plane deponere atque exauctorare. Modo laudatus Dn. Simon. d. membr. 2. th. 10. extr. Planè injuriandi animus in Sacerdote evidentissime probari debet, in tantum, ut si pro concione privatis affectibus non nimis indulgeat, nec ad specialiora descendat, corrigendi potius, quam injuriandi gratia præcianos increpasse præsumatur. Notanter autem dico pro concione; nam si extra eam, fortè in convivio, alicui convitium fecerit, animum & voluntatem injuriandi facilius colligere licebit.

Th. XXXIIX. Nec porro ineptè quaeritur: An excipiens contra testes in iudicio, quod sine criminosis falsariis &c. teneatur ad palinodiam? Distingvit Berens *Disp. 14. ad Inst. them. 2. q. 4. an scil. de crimine agatur, quod sanguinis pœnam irrogat, aut de existimatione & fama tractetur: & in his similibusq; casibus*

bus, si testi contra me producto talia objecerim, me hanc teneri putat. An vero tantum de bonis quaestio instituat, & si tunc objecerim crimen aliquod ad palinodiam me condemnari posse putat. At vero nos indistincte ejusmodi objicentem a palinodia pronunciamus liberum cum Gail. 2. O. 106. n. 6. Carpzov. 4. 42. D. 7. n. 5. nisi animus injuriandi aperte probetur. Carpzov. d. D. n. ult. Et hoc ita obrinere putamus, licet objiciens seu excipiens objectum crimen seu injuriam probare nequeat. add. Berens d. q. 3. Frustra dissent. Mynsing. 5. O. 17. Nam si de veritate convicii constaret, inanis foret quaestio, cum tunc, licet vel maxime constet de animo injuriandi & crimen etiam extra judicium objectum sit, minime tamen diffamantem ad palinodiam condemnari posse, jam supra in causa efficitur deduximus. Idem quoque dixeris, si quis contra judicem suspectum excipiat, modo utatur verbis modestis & non injuriosis; secus si quaestio instituat de alia injuriarum actione judici acquirenda. Ibi enim non solum modestiam in excipiendo, sed & allegatae suspicionis probationem requiri docet Carpzov. d. Const. 42. D. 8. n. 4. seqq.

Th. XXXIX. Sed quid de ebrio dicendum? Recte distinguit Carpzovius inter mediocriter inebriatum, qui ad palinodiam tenetur: & talem, qui ita inebriatus est, ut omni fere rationis usu atque exercitio sit privatus: hic cum animus injuriandi (accedente praerimis ex postfacto poenitentia Strauch. D. 19. th. 13. arg. l. 48. ff. de R. J.) abfuisse praesumatur, palinodiam non canet, ita tamen, ut se dicto modo inebriatum fuisse juramento prius probare debeat, cit. Carpzov. 2. q. 96. n. 21. seqq. ubi ita responsum esse testatur. Contrarium interim non sine ratione statuere posses de ebrioso, & cui constat sibi in more positum esse, ut, simulac inebrietur, alios statim petulantibus suis afficiat injuriis, quippe cum in duplici haereat culpa, nulla lenitate dignus erit.

Th. XL. Illud in genere notandum, non liberari diffamatorem a palinodia, licet auctorem injuriarum, von welchem er die Injurien gehöret/ demonstret, sed utrumque eodem casu teneri,

neri, idque arg. l. un. C. de lib. fam. ibique Salyc. eo ipso enim quod injurias ab alio auditas propalat, libidinem animumque injuriandi non minus indicat, quam si ipse easdem excogitasset primitus. Unde ortum vulgatum illud apud nostrates: Webrmann haben hilffe nicht. Schneid, ad Str. J. de injur. n. 5. Et hanc sententiam contra Chil. König in process. c. 138. n. 6. tuetur Carpzovius 2. q. 96. n. 76. seqq. & 4. 42. D. 5. & 2. Resp. 62. n. 8. Berlich. 5. concl. 65. n. ult. Lauterb. dict. Disput. th. 24. Nec juvat porro injuriantem, si vel inconsulto calore in rixam prolapsus, alteri convicium objecerit l. 5. C. de injur. nisi (1) iram non injustam fuisse probet, vid. Mey. 3. D. 358. junct. Esbach, in Not. ad Carpx. 4. 42. D. 11. n. 1. ibique DD. cit. aut saltem (2) paulo post penitentia accedat, arg. l. 48. ff. de R. 1. l. 1. §. f. ff. de pœn. l. 3. ff. de divort.

Th. XLI. Sed quid de injuriante citato quidem, sed contumaciter emanente discendum? Resp. nihilominus ille ad palinodiam cantandam condemnari poterit. Theodoric. in jud. crim. c. 2. a. 20. lit. D. n. 20. B. Parens 1, D. 68. n. 22. Et ita in judicio Aulico Aldenburgensi judicatum testantur Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 177. & seq. Berlich. p. 5. concl. 62. n. 17. quamvis, saltem quoad theoriam, contrarium quempiam defendere posse, per ea, quæ tradit Bl. in l. 1. §. mor a 9. ff. solut. matrim. n. 3. & seq. dicat Berlichius d. n. 17. Cæterum quomodo ulterius contra ejusmodi contumacem procedatur, inferius in effectu docetur.

Th. XLII. An verò etiam heres demortui injuriantis ad palinodiam teneatur? Quaritur? Distingvunt nonnulli DD. an lis à defuncto fuerit contestata (aut in Camera citatio fuerit insinuata) nec ne. Illò in casu heredem teneri putant, in hoc contra. Et in hanc sententiám Assessorès facultatis juridicæ Lipsiensis responderunt, prouti responsum ipsum refert Richt. 1. D. 55. n. 22. & sequuntur Lauterb. comp. Jur. p. 669. (ubi Richterum malè pro se allegat, cum is tantum cit. n. 22. referat responsum Lipsiense; ipse autem, ut paulò inferius docebimus, contrarium statuatur,) & in cit. Disput. th. 27. Esbach. in not. ad Carpx. 4. 42. D. 13. Excell. Dn. Mylius in cit. Disput. th. penult. At verò

nos, rejectâ Lauterbachii aliorumque opinione, contrariam sententiam, quippe heredem injurantis five ante, five post L. C. mortui indistinctè ad palinodiam non teneri, veriorem pariter atque saniozem putamus cum Carpzov. 4. 42. D. 13. & pr. cr. p. 2. q. 96. n. 31. § 32. ibique prejudicium. Unde non immeritò quoque supra allegatum responsum Facultatis Lipsiensis in Scabinatu Jenensi in termino Leuterationis est reformatum, & heres à palinodia absolutus, testante Richt. d. n. 22. Et ita quoque sentiunt id. Richt. C. 357. n. 23. Mev. 2. D. 136. B. Parens 1. D. 68. n. 24. seq. aliq. ab his citati.

Th. XLIII. Quemadmodum porrò supra in Subj. Act. diximus, personas quoque fictas seu morales actione ad palinodiam experiri posse *jurib. ibid. th. XXXI. adductis.* Ita & eadem actio contra ejusmodi personas morales, ut collegia & universitates competit. Berlich. p. 5. concl. 62. n. 20. Theodoric. *in judic. crim. c. 2. aph. 20. lit. D. n. 10. Carpzov. 2. 96. n. 16. & 4. 42. D. 10. B. Parens d. D. 68. n. 20.* ex hac scilicet ratione, quod universitas hæctenus cujusvis privati jure censeatur, & perinde, ut alius privatus, injuriarum conveniri possit, arg. l. metum q. 5. l. ibique Gloss. ff. quod metus causa Berlich. d. n. 20. Nec obstat: Actio ad palinodiam est famosa. E. non datur adversus universitatem. Resp. committi petitionem principii. Nam (1) negatur eam esse famosam. vid. *infr. in Effect.* Et licet (2) vel maxime id ipsum largiamur, non tamen obstat, quò minus illa hic locum habeat, cum & famosa actio adversus universitatem institui possit. Berlich. d. n. 20. ubi ita contra *judicium civitatis M. pronunciatum esse restatur.* Interim tamen hoc tunc deum procedit, si omnia collegii aut universitatis membra simul convenerint, & in injuriam alteri inferendam deliberatò consenserint, alias enim non tenebitur collegium, quâ tale Carpzov. d. D. 10. n. 2. § seq. Illud autem circa revocationem à collegio aut universitate faciendam notandum, quod, licet, alias, si plures injuriam commiserint, singuli teneantur in solidum & tot sint injuriæ, quot personæ l. 34. ff. de injur. add. Wesemb. d. T. n. 5. § 12. Bach. ad Tr. V. 3. D. 30. th. 6. lit. D. Hic tamen

men diversum obtineat ita, ut, si collegium aut universitas quzdam alium injuriaverit, non singula membra, sed unus, quod ajunt, pro omnibus revocare sufficienter possit.

Th. XLIV. Non raro quoque accidit, ut quis non ipse semper immediatè, sed sapius mediatè per mandatarium alteri inferat injuriam, hinc sciendum, non solum mandantem, sed & mandatarium ad palinodiam teneri. vid. l. ii. §. 3. ff. de injur. Sibi enim imputet mandatarius, quod ejusmodi mandatum, executus sit, ad quod nullò jure erat obligatus. Unde facilis est responsio ad §. 7. §. 7. mandati l. 6. §. 3. ff. cod. quippe loquuntur de obligatione inter mandantem & mandatarium, non verò de obligatione tertio acquirenda. Rectè igitur exceptio Advocati, quod jussu clientis sui injurias evomuerit, rejecta est apud Carpzov. 2. Resp. 62. per tot. Nec refert ex parte mandantis, an expressè mandaverit, an verò ex postfacto tantum injurias ab alio evomitas publicè ratihabuerit. Unde non immeritò nobili cuidam B. von B. (ujus uxor Comitissam quandam ejusque filiam graviter injuriaverat, adeoque ad palinodiam condemnata erat) propterea, quod illas ab uxore sua evomitas injurias approbaverat & publicè ratihabuerat, itidem palinodia injuncta fuit, prouti dictum exem plum una cum ipsa palinodix formulâ *infr. in Effectu* exhibemus. Secus dixeris, si quidem quis mandaverit, ut alteri injuria fiat; Mandatarius verò, fortè pœnitentia ductus, mandatum non exequatur, hoc enim in casu ne mandans quidem, multò minus mandatarius tenebitur. l. 11. §. 10. ff. h. t.

Th. XLV. Cæterum diximus supra *in subjecto activo*, admitteri Procuratorem ex parte actoris in actione ad palinodiam; Quær. ergo: *An etiam ex parte Rei admittatur?* Planè si ad solam recantationem elective, sive ad recantationem & estimationem cumulative agatur, procuratorem tam passive, quam active admitteri, manifestè omnium judiciorum consuetudinis est. Berens *D. ad Inst. 14. th. 2. q. 3.* Quòd si autem cumuletur actio ad palinodiam cum pœna arbitraria criminali, major subest dubitatio? Et communiter quidem DD. negant (exceptò

cepto casu speciali, ubi Reus est persona illustris l. f. C. de injur. quippe quæ causam injuriarum, tam criminalem, quam civilem activè & passivè per Procuratorem exercere potest. Salyc. in d. l.) idque ex hac potissimum ratione, quòd Juxta penam arbitrariam, qualis est illa injuriarum criminalis, ad fustigationem, imò mortem extendere possit. Ubi autem pena relegatione gravior reo venit infligenda, ibi procuratorem aut defensorem haut admitti expediti juris est. l. p. ib. Bart. ff. de public. judic. Gail. 1. de P. publ. c. 10. Quam sententiam quoque in foro communi civili, ita obtinere docet Carpov. pr. cr. p. 2, q. 95. n. 52. seq.

Th. XLVI. Objectum Actionis ad palinodiam, constituit fama nostra atque existimatio, quam per eam nobis quasi restitui, & pro illata ab injuriante declarari petimus. Equidem, ut jam *superius* dictum est, de eo satis constat, per unius convicia & injurias alterius tertii famam & existimationem minime lædi, nedum aliquam partem auferri posse, add. eleg. illustr. Dn. Struv. Ex. 48. th. 61. Unde quoq; DD. pro novitiis Advocatis hanc tradunt cautelam, ut ne in libellis injuriarum dicant: Beklagter hat Kläger in seinen Ehren geschmähet. Sed: Er hat sich unterstanden, so viel an ihm gewesen, den Kläger an seinen Ehren zuschmähen. Post alios B. Dn. Parens i. D. 68. n. 15. Interim tamen, cum sinistra atque imperita imperiti vulgi judicia eo tendant, ut injuriatum per alterius convicia immane quantum maculari sibi persuadeant, Carpov. 2. q. 95. n. 93. in fin. non immerito quis hætenus famæ suæ consulit, ut per hanc actionem, indeque sequentem palinodiam omnem vulneratæ existimationis eximi petat dubitationem.

Th. XLVII. Ex modò dictis haut obscure colligilicet, cur actionem ad palinodiam supra in *Definitione* dixerim *Rei persecutoriam*, quippe quòd per eam honorem exhibitivum, die entzogene Ehrbezeigung, persequamur. Illustr. Dn. Lynck. in Anal. ad Inst. 4. 4. 7. & ad Dissel. 5. 36. 3. consent. Perez. ad C. r. de injur.

injur. n. 22. Carpov. 2. 94. n. 11. seqq. (qui tamen sibi ipsi contrarius videtur 4. 42. D. 13. n. 3.) Hahn. ad Wesemb. tit. de injur. p. 713. Eggeling. de cumulat. act. c. 8. n. 4. Cùm è contrario actio prætoria affirmatoria ad meram tendat vindictam, adeoque pœnalis dicenda. §. 10. I. de injur. Malè igitur ab aliis pœnalis asseritur: ut à Moller. ad Const. Elect. Sax. 42. p. 4. n. 6. & 7. Thomaf. in not. ad Strauch. D. 19. ib. 15. Nec enim obstat, quod per injurias malevoli cujusdam alterius fama non auferatur: ergo non possit, quod non ablatum est, persequi: unde ad vindictam magis atque pœnam tendat, quam ut aëtori quicquam accedat. Moller. d. l. vid. latè ad hoc dubium respondentem Carpov. c. 9. 94. n. 17.

Th. XLIIIX. Porrò illa quoque hïc se offert quæstio:

An Actio ad palinodiam etiam ratione *objecti* sit civilis, an verò criminalis? Alii merè criminalem, alii ex civili & criminali mixtam, alii denique merè civilem eam esse contendunt. Primam sententiam fovent Parif. de Puteo in tr. Syndicat. verb. compositio. Maranth. de ordinat. judic. p. 4. Dist. 1. n. 10. seqq. Jacob. Blum. in Process. Cameral. tit. 43. n. 7. Ant. Matth. ad ff. lib. 47. tit. 4. c. 4. n. 1. sed absque sufficienti fundamento. Nec obstat argumentum Maranth. d. Dist. 1. n. 17: Quæcunque actio infamata. E. Resp. negando tam majorem, quam minorem. Minorem falsam esse, infr. in Effectu plenius probatur. Major per instantias dilui potest, cum & in actione depositi, mandati & aliis quam plurimis actionibus ob dolum condemnati fiant infames; quas tamen actiones ideo criminales esse, imperitè dixeris. Mynsing. Dec. 1. Resp. 7. & 2. O. 98. ad alias objectiones respondet Bronch. cent. 2. Assert. 58. Berens ad Inst. D. 14. ib. 2. 9. 3. Carpov. 4. 42. D. 2. n. 10. seqq.

Th. XLIX. Mixturam defendit Magnif. Schilter. ad Inst. 4. 4. ib. VI. his usus rationibus, quod (1) coram judicio criminali, vor peinlich gehegtem Gerichte, institui & (2) Carnifex intervenire soleat. Verùm enim verò dictæ rationes parum conficiunt. Nam priorem quod attinet, illam plane

nè negamus: cum actio ad palinodiam agitari solet, etiam in ejusmodi judiciis, quorum jurisdictio in criminalibus prorsus non est fundata, ut in *ib. seq.* probamus. Ad posteriorem rationem respondeo, sufficere, quòd actio ad palinodiam *per se apia* sit, ut *possit* ejus sententia (nam quamdiu ipse processus hæret, nunquam carnifex intervenit) absque inter-ventu carnificis suam sortiri executionem; quòd autem quandoque, in palinodiam canere denegantibus, carnifex intervenire solet, id ipsum *per accidens* tantum fieri, adeoque naturam ipsius actionis non afficere, multò minus alterare posse, constat.

Th. L. Restat ergo, ut rejectis cæterorum opinionibus tertiam sequamur sententiam, & Actionem ad palinodiam, merè civilem appellemus, prouti quoque jam supra in *Definitione* idem asseruimus. Et (I) quidem consentientem habemus communem DD. scholam. Theodoric. *in judic. crim.* 6. 2. a. 20. lit. d. n. 13. Perez. *ad Cod. tit. de injur. n. 22.* Richt. *conf.* 357. n. 5. Carpzov. 2. q. 94. n. 50. *seqq.* Brunn. *ad Rubr. ff. de injur.* & *ad l. 21. n. 5. eod.* Mev. 3. D. 33. n. 2. B. Dn. Parens 1. D. 66. n. 20. *ibique plures cit. DD.* (II) Suffalti sumus rationibus prægnantissimis, quæ, civilem eam esse sufficienter probant, quarum sequentes afferre placet: (1) Quæcunque Actio tendit ad interesse partis privatum, non verò ad vindictam magistratus publicam, puta pœnam corporalem §. 10. *ff. de injur.* vel pœnam quandam pecuniariam, eamque vel fisco inferendam arg. *l. locatio 9. §. quod illicitiss. ff. de publican. & ædificat. junct. Gl. in l. pretor. 3. & ibi Bart. ff. de sepulchr. viol.* (nec obit. *l. 22. ff. de St. Silan.* in qua causa civilis appellatur, cum tamen pœna fisco delata sit. Responsionem tradit Egge-ling. *de cumulat. Action. c. 8. n. 5. seqq.*) vel ad pios usus conver-tendam. Mev. *ad J. L. p. 4. t. 4. a. 3. n. 1.* illa est civilis. *d. §. 10. l. de injur.* B. Parens *D. 66. n. 7. seqq.* Atqui Actio ad palinodiam tendit ad interesse partis privatum, Carpzov. 2. q. 95. n. 1. (nimirum ut injuriati fama declaretur illata, & ita ipsi quasi restituatur. vid. *supr. ib. XLVII.*) non verò ad vindictam &c. Er-
gò.

ad Palinodiam.

33

go, (2) Hæc actio, ut *infra in similibus* docebitur; cumulari potest cum criminali injuriarum, id quod tamen fieri non posset, si ipsa esset criminalis. (3) Constat, Augustissimæ Cameræ Imperialis jurisdictionem in criminalibus (solâ violatæ pacis publicæ causâ specialiter exceptâ. Gail. 1. O. 65. num. 5.) minimè esse fundatam, Gail. d. n. 5. Excellentiss. Dn. Lynck: ad Struv. S. I. C. 1. de Appellat. th. 3. Jam verò actio ad palinodiam in laudata Camera Imperiali totâ die recipitur, & tanquam civilis judicatur, id quod notius esse, quàm ut aliquâ probatione indigeat, inquit B. Parens d. D. 66. n. 33. Intantum, ut Anno 1497. actionem Reclamatoriam civilem, non criminalem esse, in terminis ibidem judicatum, decisum & conclusum sit, testante Blarer. ad l. Diffamari 4. in pr. C. de ingen. manum. Ergo &c. (4) In Actione ad palinodiam indistinctè conceditur appellatio etiam ad Cameram. Ordin. Cam. p. 2. r. 28. §. und sonderlich setzen. Mynsing. Cent. 2. O. 98. n. 5. & D. 1. Resp. 7. n. 14. Cùm tamen non solum in Camera, per Ordin. Cam. d. r. 28. §. item nachdem. R. J. August. d. A. 1530. §. item als jetzt etliche Zeit. B. Parens d. D. 66. n. 26. & 27. Illustr. Dn. Lynck. ad d. th. 3. verùm & in cæteris Germaniæ nostræ Tribunalibus & Dicasteriis inferioribus ex generali quadam consuetudine omnis appellatio hodiè (cum aliàs olim Jure Justiniano fuerit permisa. l. 6. C. de Episc. Audient. l. 20. l. 39. C. de Appellat.) in criminalibus, tam in processu inquisitorio, quàm accusatorio, planè cesset, nec ullibi locum habeat. Carpzov. 3. q. 139. n. 14. segg. B. Parens d. D. n. 28. ibique plures alleg. DD. Dn. Lynck. ad d. th. 3. (5) Expediti Juris est, causam criminalem eo frui privilegio, ut illâ pendente nulli civili quæstioni locus sit. l. 2. §. sed etsi. ff. de judic. Jam verò, si diceremus, actionem ad palinodiam esse criminalem, sequeretur inde, eam cum civili æstimatoria cumulari non posse, cujus tamen contrarium usu frequentatur. Berens ad Inst. D. 14. them. 2. q. 3. n. 2. vid. *infra in Similib.* (6) Alias plures rationes suppeditat Mynsing. 2. O. 98. Berlich. 5. concl. 62. n. 10. Berens d. l.

Th. Ll. Forma Actionis nostræ est vel Interna vel Externa.

E

Forma

Forma Interna consistit in persecutione famæ & bonæ existimationis nostræ, quam injurians, tanquam pars adversa, malevolis suis conviciis nobis non quidem verè, quodammodo tamen, abstulisse visus erat. Formam Externam constituit externus dictæ actionis instituendæ modus in judicio. Ubi notandum, actionem ad palinodiam non solum cumulativè, tam cum prætoria æstimatoria aut etiam statutaria pœna, quàm cum extraordinaria criminali cumulari, uti in *Affinib.* docebitur; sed etiam electivè, seu absque cumulatione cum ulla alia actione, tanquam principalem, institui posse: ut docent Carpzov. 4. 42. D. 16. n. 1. B. Parens 1. D. 67. n. 13. seqq. ubi in perillustribus patrie Tribunalibus, Cancellaria scilicet & Dicasterio provinciali ista judicatum refert.

Th. LII. Illud quaeritur: An in actione ad palinodiam & æstimationem cumulativè instituta locum habeat juramenti delatio? Quod affirmatur. Cum ita civiliter agatur, adeoq; non minus, ac in reliquis causis civilibus, delatio juramenti sibi vendicet locum, l. 5. §. 8. l. 11. §. 1. sub fin. l. 37. ff. de injur. l. 3. §. 1. ff. de jurejur. Contrarium rectius dixeris, si ad palinodiam & pœnam arbitrariam, seu criminaliter, simul agatur. Carpzov. 3. Resp. 44. & 2. q. 95. n. 67. seqq. (ubi n. 70. rationem dubitandi resolvit.) Philip. obs. 3. ad Deusf. noviss. 17. Frustra affirmativam sententiam tuente Dn. Thomasio ad *Strauch.* D. 19. th. 15. Unde Ipse quoque negantium sententiam in praxi receptam esse, *ibidem* fatetur. Et dicta quidem in tantum procedunt, ut nec juramentum purgatorium à Judice Reo deferri queat, nisi præsumptiones, indicia & conjecturæ verosimiles præcedant, sufficientes ad juramentum, eæque contra Reum militent. Carpzov. d. q. 95. n. 74. & 75. Caterum formulam libelli tradunt *Lauterb. cit. Disp. th. 31.* Schacher. in *colleg. ff. pract. t. d. injur.*

Th. LIII. Cum posita *Causa* ponatur & sequatur *Effectus*, restat, ut absolutis hætenus & explicatis Actionis ad palinodiam *Causis*, in sequentibus de *Effectu* nonnulla notemus. Est autem is vel *Primus* vel *Secundus*, seu ex primo *Ortus*.

Es-

Effectus primus est, ut injurians de injuriis convictus & confessus condemnatur ad id, ut injurias verbales, quas in proximum suum, Actorem scilicet, effuderat, recantet, adeoque petitam præstet palinodiam. Effectus Ortus seu Secundus est dictæ sententiæ executio, seu ipsa palinodia: cujus iterum consideranda est *Forma & Effectus*. De Effectu palinodiæ præstitæ inferius agemus. Formam Palinodiæ quod attinet, sciendum talem in recantandis injuriis observari, ut scilicet Reus injurias revocet (1) *in loco publico*, & regulariter in judicio, nimirum ubi ultima fuit instantia. Illud autem de Augustissima Camera Wezlarienti observandum, quod Reus non ibidem, sed coram Judice prioris instantiæ recantare jubeatur. Berlich. p. 5. concl. 62, n. 35. Etiam si istius Judicis sententia in laudata Camera Imperiali reformata fuerit vel retractata. Bocer. class. 3. Dist. 4. de injur. ib. 85. lit. D. B. Dn. Parens D. 69, n. 34. Sed quid si Recantaturus egrotet, ut in judicio comparere nequeat? Putamus sufficere, si palinodia domi egrotantis, & presentibus iis, quorum interest, cantetur, cum egrotus non possit dici contumax, sed potius hoc in passu excusationem mereatur. (2) *in propria persona*; non per Procuratorem. Nec obstat, quod procurator admittatur in actione nostrâ saltem elective instituta, etiam ex parte Rei, per supra tradita *in subjecto passivo* Resp. Nos versari hîc in terminis executionis, ubi, cum diversum obtineat, procurator haut admittitur. Berlich. p. 5. concl. 62, n. 33. & 34. ubi in judicium refert. (3) *Certis quandoque ex consuetudine locorum adhibitis solemnitatibus*. Nimirum, ut propria manu os suum percutiat. Berlich. d. concl. 62. n. 37. & seq. Ita porro in Parliamētea Curia Delphinatensi quidam Secretarius ratione effusarum injuriarum condemnatus fuit facere Emendam honorabilem, videlicet: quod habeat se dedicere coram curia, & agnoscere, quod contra veritatem protulit dicta verba,

Et quod habeat petere veniam *genibus flexis*, & eam petere à Domino, cui erat irrogata injuria, in signum satisfactionis injurie &c. prouti hæc verbotenus ex Francis. Marc. p. 2. Dec. Delpb. 34. n. 7. refert B. Dn. parens i. D. 68. n. 12. add. Grav. i. practic. concl. 65. n. 8. Alibi ita proceditur, ut Reus, face ardente manu comprehensâ, nudis pedibus & indusio corpori advoluto, veniam proclamet injuriato, Perez in Cod. t. de injur. n. 21. Ita denique Hamburgi talis obtinet solennitas, ut condemnatus præstet recantationem in ligno quoddam ignominiosô, quod dicit *Ehrlöser Block* ibidem vocare consuevere: teste Hahn ad Wesemb. t. de injur. n. 18. p. 406. col. 2.

Th. LIV. *Formulam* palinodix quod attinet, illa, nisi ex stylo hujus illiusve judicii certa & in terminis sit præscripta, (uti ex. gr. ejus generis formula in Dicafterio Würtembergensi usitata reperitur apud Besold. ad Jus Provinciale Würtemb. D. 1. th. 165. quem refert Lauterb. d. Disf. th. 33.) pro atrocitate aut levitate injuriarum à Judice durioribus mitioribusve terminis concipi potest. Et quoniam B. L. ab humanitate Tua mihi promitto, nullam me tibi moturum nausam, si quando formulam quandam in terminis adscripsero, sequentem, quam Nobilis femina, quæ Comitissam quandam ejusque filiam gravissimis pudicitiamque earum lædentibus affecerat injuriis, sub initio hujus seculi Præz auf dem sogenannten altstädtischen Rathhause in conspectu omnium interessentium multorumque aliorum Regni Procerum canere coacta est, ex antiquiori quoddam MSô Tecum communico; ejus autem tenor ita habet: Demnach die Wohlgebohrne und Edle Frau A. S. S. eine gebohrne Gräfin zu M. und Frau zu H. Gräffin zu P. und W. auch das Wohlgebohrne Ehrentugendreiche Fräulein/ Fr. M. S. gebohrne Fel. und Gr. zu P. und W. Ich J. von C. B. von B. Eheweib/ ohne alle gegebene Ursach/ beständigen Grund/ Gottes Wort/ denn beschriebenen Geist. und Weltlichen Rechten/ guten Ordnungen und Satzungen / auch Christlicher Liebes/ aller Zucht und Ehrz

Ehrbarkeit und offenbahrer Wahrheit durchaus zu wieder
 (wie ich dessen aus denen ergangenen Actis, und zu beyderseits
 geführten Zeugnißen gnugsam überwiesen) an Ih. Gnn.
 wohlbergebrachten Gräff und Fräulichen Ehren/ guten Nah-
 men und Leumuth bößlich/ fälschlich/ Ehrenverleslich/ lä-
 sterisch/ und verleumbderisch angegriffen/ beleidiget/ und ges-
 gen männlichen ausgeschrien/ und ganz hochstraffbahrer
 Laster öffentlich und ungescheuet beschuldiget: Solches alles
 auch aus giftigen/ leichtfertigen Gemüthe also selber bößlich
 und vermessentlich erdacht/ und zu vielen unterschiedlichen
 mahlen dergleichen lästerliche und bosshaffrige Verläumb-
 dungen in Gegenwart hohes und niedrigen Standes Persoh-
 nen ungescheuet und leichtfertiger Weise wiederholer/ und das
 durch Ihren Gnn./ zu Dero selbst eigenen/ auch Dero ansehn-
 lichen statlichen Geschlecht und Freundschaft/ höchsten Bes-
 schimpffungen und Verkleinerungen derer Gräff und Fräu-
 lichen Ehren/ guten Nahmen und Leumuths wieder mein
 Gewissen und Wohlbewust in bösen Argwohn und Ver-
 dacht zu setzen mich ganz unverantwortlicher/ leichtfertiger
 und vergessentlicher Weise unterstanden/ da ich doch nicht
 das allergeringste (ob ich mich wohl eines grossen Beweiß-
 thumes vermessentlich und trotzig gerühmet) beygebracht
 noch erwiesen/ sondern auf lauterer Unwahrheit und fälsch-
 lich erdichteten Ungrund öffentlich besunden worden; Als
 thue dem ergangenen/ und von Röm. K. Majest. approbir-
 ten und also öffentlich abgelesenen rechtmäßigen Urthel zu
 Folge/ Ich/ als eine überwundene/ bosshaffrige/ leichtfertige/
 vermessene/ Verleumbderin und Ehrendiebin solche bosshaff-
 tige/ leichtfertige/ vermessene/ fälschlich erdichtete/ erlogene/
 Ehrenschänderische/ Ehrenverlesliche Auflagen/ Ver-
 leumbdungen und Lasterungen/ so oberzehleter Massen wie-
 der vorgedachte Wohlgebörne Fr. Gräfin und Dero Fräu-
 lein Tochter ich über meine leichtfertige/ unwahrhaffrige/ Eh-
 renschänderische Zunge vielfältig ausgesprochen/ hinwieder in
 meinen verlogenen Hals hineinschlungen/ und vor diesem

gängen Umstände/ als fälschlich erdichtet und erlogen/ öfentlich widerruffen/ und mein verlogenes Maul mit einem Backenreich straffen/ und daneben sowohl gedachte Wohlgebörne Jr. Gräfin und Ehren-Tugendreiches Fräulein/ als auch alle diejenige/ so hierunter interessiret/ und ich bößlich und mercklich beleidiget/ umb Gottes willen bitten/ daß Sie mir solches alles aus Christlicher Liebe und Gnade verzeihen und vergeben wollen. Quâ palinodiâ præstitâ, dicta femina Nobilis perpetuo carceri addicta fuit. Et quoniam ejusdem maritus eructatas ab uxore injurias publicè ratihabuerat, eadem ferè cum uxore subiit fata, cum non solum ad modò dictam palinodiam mutatis mutandis cantandam, verùm etiam ad quinquennales carceres itidem fuerit condemnatus.

Th. LV. Sed ita quidem proceditur, si condemnatus sententiæ pareat. *Quid verò dicendum est quomodo procedendum, si quando ille injurias revocare contumaciter recuset?* Distingvunt DD. communiter inter contumacem præsentem & absentem. Siquidem *præsens* sit, ita cum eo agendum docent, ut (1) pro qualitate personæ vel carcere vel pœnâ pecuniariâ, aut aliis modis, quibus Judex jurisdictionem suam tueri potest & solet coerceri debeat, donec sententiæ pareat & palinodiam canat, prouti post Moller. 1. *Sem.* 23. n. 1. & 2. Berlich. 5. *concl.* 62. n. 36. Theodoric. *judic. crim.* c. 2. d. 20. n. 20. docet & pluribus præjudiciis illustrat Carpzov. 2. *q. 94. n. 21. seq.* junct. B. Parent. 1. *D. 68. n. 30.* Et quòd si nec tunc intra terminum à judice determinatum parere sententiæ velit illo præterlapso, (2) ulterius idque duriore carcere detinendus & pane & aquâ cibandus erit: addita in eventum, nisi pareat, comminatione pœnæ severioris. Carpzov. *d. q. n. 23.* B. Parent. *d. D. n. 30.* Et ita quidem Judex procedit, si mitius cum Reo agere velit, cum aliàs pro ratione circumstantiarum, scilicet, si de supina malicia ac pertinaciâ Rei constet, ad evitandas ambiguitates sub comminatione relegationis illum statim ab initio ad partitionem compellere possit. Carpzov. *d. n. 24.* Cæterum quod si (3.) nec tunc parere velit Reus, liberum est judici relegationem

nem ipsi imponere, additâ comminatione; quòd in casu ulterioris contumaciæ liCTOR ejus nomine injurias revocare debeat. Berlich. *d. concl. 62. n. 37.* (ubi ita observatum testatur) Carpz. *d. l. n. 25.* (ubi itidem sepius ita pronunciatum esse iradit.) Et tunc denique (4) si condemnatus hanc quoque comminationem ludibrio habet, liCTOR adlefcitur, qui nomine Rei, eodem præsente & audiente, injuram recantet. Carpzov. *d. l. n. 26.* & (quod ipse condemnatus alias propriâ manu facere debuisset) os ejus percutiât: prouti in Præfectura Sceidicensi contra quendam Forestarium practicum, & os ejus à carnifice percussum, refert Berlich. *d. concl. 62. n. 38. consent. Moller. i. Semestr. c. 23. n. 1. seq. Theodor. in jud. crim. c. 2. a. 20.* (ubi itidem præjudicia affert.) Richt. *V. 2. C. 377. n. 8. & 9.* in terminis docens, circa Reum præsentem, & tamen revocare contumaciter nolentem, hunc servari modum, daß der Scharfrichter ihm (præsenti prius ejusdem nomine palinodiâ) auff's Maul schlagen solle/ adductis ad id duobus responsis pro hac sententiâ datis. Et tunc denique, peractâ hoc modo per liCTorem recantatione, de eâ omnes per edicta publicè affixa certiores redduntur: prouti hæc formula ipsis sententiis; in quibus liCTorem nomine Rei palinodiam cantare debere pronunciat, quandoque adjici solet: Nachmahls auch/ daß solcher Wiederruff geschehen/ durch öffentliches Edictum jedermänniglichen kund gemacht wird. V. X. W. teste Carpzovio *d. q. n. 26. extr.*

Th. LVI. Si absens sit condemnatus, & contumaciter emaneat, nec sententiæ pareat, judex illum ad se sistendum & palinodiam cantandam sub pœna pecuniaria potest citare. Berlich. *concl. 62. n. 39. & 40.* Carpz. *2. q. 94. n. 27.* B. Dn. Parens *Dec. 68. n. 28.* Sed quid si tunc nondum compareat, sed contumaciter emanere pergat: anne judex contra eum pœnâ banni procedere poterit? Affirmant Zanger. *d. except. p. 2. 6. n. 177. seq.* Berlich. *d. n. 49.* Theod. *jud. crim. c. 2. a. 20. n. 21.* B. Parens *d. n. 28.* Et de Jure Communi nullum quoque videtur subesse dubium. An verò etiam de jure Saxonico idem obtineat: quæritur? Et Zangerus quidem unâ cum Berlichio & Theodorico, tanquam Jcti Saxonici, cum

cum *dd. l.* generaliter Bannum admittant, itidem hoc affirmare videntur. Negat contra Carpvovius *pr. cr. p. 2. q. 94. n. 28.* ex hac ratione, quod processus Banni ibi demum locum habeat, ubi mortis pœna veniat infligenda. *add. q. 95. n. 81. & p. 30 q. 140. n. 41.* Atqui propter injurias verbales dictari nunquam posse ultimum supplicium docet *p. 2. q. 94. n. 48.* Ergo &c. Nos pro reconciliandis & attemperandis diversis opinionibus, ita dicendum putamus, regulariter processum banni de Jure Saxonico contra palinodiam canere detrectantes non invenire locum, quia regulariter mortis pœna in injuriis verbalibus cessat, quod si verò illæ sint (1) atroces, (2) in serenas simul personas, v. gr. Principem, præprimis cujus subditus est injurians, eructat, eò in casu, cum mortis pœna dictari posse verius putemus (per ea, quæ *infr. in SS. contra Carpvovium trademus*) etiam de Jure Saxon. banno locum relinquimus.

Th. LVII. Sed *anne per recantationem à lictore nomine absentis condemnati factam injuriato plenè consultiur?* Neg. Carpvov. *d. q. 94. n. 28.* Et quidem rectè. Longè enim alia ratio est in reo absente, quàm præsentè. Hic enim per contumaciam suam in recantationem à carnifice factam plenè consentire videtur, cum è contrario in absente adhuc aliqua causa & excusatio non cantandæ palinodix præsumi possit. Meritò igitur hoc in passu responderunt Scabini Lipsienses: So wird ihm billich nachgetrachet und er mit Gefängniß dazu angehalten/ und mag solcher Wiederruff an Statt und im Nahmen G. von R. durch den Büttel oder Frohnen zu Plauen / weil J. von D. dadurch seiner Ehren nicht vollkommlichen restituiret und ersetzt wird/ gestalten Sachen nachfüglich nicht geschehen. *V. A. W. M. Nov. 1609.*

Th. LIX. Restat ergo dictò in casu ultimum & saluberrimum remedium, quò injuriati famæ consuli potest: nimirum, ut, si Reus contumaciter emanere pergat, nec etiam capi ullo modo possit, ut, inquam, sententia, in qua Reus ad palinodiam condemnatus est, in ejusdem ignominiam aliorumque terrorem publicè, non solum in loco judicii, sed & in

in loco injuriæ commissæ, & ubi reus degit affigatur, ut cui-
libet innotescat, actorem immeritò esse injuriatum, adeoque
reum ad revocandas illas injurias esse condemnatum. Berlich.
d. concl. 62. num. 41. seq. ubi præjud. Theod. judic. crim. c. 2. a. 20.
num. 21. Carpzov. d. q. 94. num. 30. seq. ubi præjud. B. Parens i. D.
68. n. 29.

Th. LIX. Effectus ipsius Palinodiæ consideratur
vel ratione *Triumphantis*, vel ratione *Succumbentis*. De *Trium-*
phante sciendum, quòd illius fama & bona existimatio, quæ
quodammodo læsa videri poterat, per ejusmodi recantationem
ad supra scriptum modum, sive per ipsum injuriantem, sive per
lictoorem ejusdem *presentis* nomine factam, plenissimè sanetur, &
sanata quasi restituatur.

Th. LX. Ex parte injuriantis *Succumbentis* notandum,
quod is nullâ juris labore infamiâ. *Wesembec. Conf. 22. n. 25.*
ubi: idque hoc magis. Eckold. t. de injur. §. 27. Carpzov. 2. q.
94. n. 65. & Alii, quos citat Lauterbach. in d. Diss. th. 37. & in
Comp. Jur. p. 669. Cùm, quia palinodia juri scripto incognita
usuque introducta, adeoque nihil de infamia reperitur dis-
positum, *Carpzov. d. n. 65.* Jam verò nostrum non erit, ejus-
modi odiosa absque Juris autoritate asserere. *l. qui servum 71.*
§. non dixit. ff. de acquirend. hered. Sed potius, juxta vulgatum
illud, erubescendum, loqui velle absque lege *l. 19. vers. super-*
stibus, C. de collat. Nov. 18. c. 5. in pr. B. Parens i. D. 27. n. 10. seq.
Tum maximè, cùm hic versemur in terminis persecutoris,
per supra tradita *in Objecto th. XLVII Lauterb. comp. Jur. p. 669.*
& quod in aliis delictis est condictio, id ipsum in injuriis
verbalibus est hæc actio ad palinodiam: Jam verò indubita-
ti juris est, nullam conditionem infamare, quamvis etiam
ex famosis causis pendeat. *l. 36. ff. de Obl. & Act. Lauterbach.*
d. th. 37. & in Comp. Jur. p. 61. Et quidem prædicta obtinent,
tantùm in palinodia quâ tali, quòd si enim Reus simul ad pal-
inodiam & penam arbitrariam conveniatur & condemnetur,
contrarium obtinere putat *Carpzov. 2. q. 94. n. 65.* quod pro
diversitate pœnæ concedimus, quamvis nec tunc propter
F præ-

præstitam palinodiam, sed propter adjunctam pœnam criminalem infamia sequatur. Cæterum mores Camera Imperialis quod attinet, ibi omnis dubitationis evitandæ gratia in sententiis condemnatoriis expressa honoris conservatio adhiberi solet: Jedoch / daß Ihm solches an seinen Ehren una-
 nachtheilig. Gail. 1. obs. 65. n. 6. An autem & quando hodie in terris Electorat. Sax. condemnatus fiat infamis, latissimè exponit Carpzov. 2. q. 94. n. 68. seqq. Berlich. 5. concl. 63. n. 4. junct. Dn. Simon. Presid. Acad. p. 2. D. 3. membr. 2. th. 10.

Th. LXI. Illud nemo facillè negabit. Recantantem, cum se ipsum publicè arguere mendacii, aliasque illas, quas supra tradidimus, solennitates ex consuetudine cujusque loci adhibere, parum sit honorificum, facti infamiam incurrere, maximamque exstimationis & bonæ opinionis jacturam apud graves & honestos viros pati. Perez. in Cod. 1. de injur. n. 21. Richt. 1. D. 1. n. 134. Lauterbach. d. Disp. th. 37.

Th. LXII. Expositis Actionis ad palinodiam *Causis & Effectibus*, sequuntur *Contraria*. Tollitur autem actio nostra variè & quidem (1.) *Morte Injuriantis* indistinctè: si velis fuerit contestata, si non, vid. supra in *Subj. pass. th. XLII. ubi hæc sententia contra Lauterb. & Dn. Mylium aliosque defenditur*. Si autem *Injuriatus*, licet ante *L. Contestationem*, mortuus fuerit, omninò non tollitur hæc actio, vid. *Subj. Act. th. XXVI. & seq.* Nisi remissio, ex gr. ex lite planè non mota, quam tamen movere potuisset, præsumi possit. *ibid. th. XXIX.*

Th. XLIII. (2) Tollitur *Retorsione*, dum scilicet injuriam ab alio nobis factam repellimus, & à nobis declinamus. Latè Carpzov. 2. q. 97. n. 31. seqq. Berlich. 5. concl. 64. n. 43. perperam dissent. Nebelkrä Dec. 18. refutatus Berlich. & Carpzovio *dd. ll.* Rectè igitur Scabini Lipsienfes ad consultationem H. B. à M. Mens. August. 1631. sequentem in modum responderunt: Ob nun wohl solche Injurien durch die vermittelst Eydes abgehörte Zeugen bewiesen worden,

den. Dieweil aber dennoch Klägerin dabey berichtet/ daß Sie die Injurien wieder Beklagten also retorquiret und gesaget: Ich halte dich so lange für einen Schelm und losen Mann / biß du mir dasjenige / wofür du mich gescholten/ darthust. So ist durch solche Retorsion die Actio Injuriarum erloschen / und mag demnach Beklagter zum Wiederruff oder Abbitte nicht angehalten werden ꝛ. apud Carpzov. c. 9. n. 38.

Th. LXIV. Illud tamen notandum, Magistratui per Retorsionem, quippe quæ tantummodo partis jus concernit, præjudicari non posse, quo minus injuriantem ex officio punire queat, prouti quoque modò allatæ sententiæ sequentia annexa sunt: Er wird aber gleichwohl wegen seines begangenen Frevels von euch als der Obrigkeit wilkührlich / entweder umb ein neu Schock / oder drey Tage lang mit Gefängniß / in Straffe genommen. V. R. W. Carpz. d. 9. n. 41.

Th. LXV. An autem hoc remedium Retorsionis Juri Naturali, Divino, imò etiam Civili adverteretur, de eo latius disputare non est hujus loci. Affirmant illud Lauterbach, in *Comp. Jur. p. 670. Alique ibid. cit.* Negant contra Carpzov. d. 9. n. 22. Rittm. 2. cant. 36. Illustr. Dn. Struv. de *vindict. privat. c. 10. a. 6. & Alii*. Nobis in præsentiarum sufficit, dißam retorsionem hodiè in praxi obtinere, si adhibeantur requisita, quæ recensent Carpzov. d. l. n. 24. seqq. Lauterbach. d. p. Illud addo injurias mutuas v. gr. si Titius Sejum latronem, Sejus è contrario Titium Furem vocaverit, non compensari, sed utrumque de sua injuria agere posse. Carpzov. 9. 97. n. 42. seqq. ubi n. 45. ita pronunciatum refert: So seyn Sie einander eine Christliche Abbitte und Entlährung zu thun schuldig ꝛ. quod ipsum tamen dupliciter limitatur apud eundem Carpzov. d. 9. n. 46. seq.

Th. LXVI. Tertius modus est *Remissio*: eaque vel
F 2 *expres.*

expressa, quæ sit pactò, aut etiam transactione: vel *tacita*, veluti si injuriatus post illatam injuriam injuriante proprio motu, & nullâ honestatis ratione urgente, familiariter, uratur, cum eo fortè loquendo, edendo, bibendo, ludendove. Wesmb. *ad ff. 1. de injur. n. 13.* Unde pater non præsumi Remissionem, si quando injuriatus honoris ergo ex. gr. Si fortè cum injuriante ad unum convivium fuerit invitatus, ei assidere, cum eo edere, ejusque pocula accipere necesse habeat. Carpzov. 4. 46. D. 8. cum injuriatus hæc omnia potius Jure (quod ajunt) Aulico, vulgò auff Hoffrecht/ fecisse putandus sit. Wehn, *voc. Hoffrecht. Lauterb. c. Disp. 1b. 39.*

Th. XLVII. Sed dubitari possit: *Anne injuriatus si ad illatam injuriam taceat, nec actionem ad Palinodiam instituat famæ suæ subeat periculum, adeoque à collegiis honestis possit removeri?* Et videtur quod sic, cum actio ad palinodiam sit Rei persecutoria, hæc autem tendat ad restitutionem ejus, quod est ablatum. Ergo, si injuriatus non instituat hanc actionem, adeoque famam non persequatur, videtur ejus existimatio permanere commaculata. Verùm enim verò, si rem penitus inspiciamus, contrarium veriùs esse, satis superius patebit. Nec obstat allegata dubitandi ratio, quippe jam superius sæpè monitum, esse quidem actionem nostram, Rei persecutoriam, sed non, quòd injuriatus illâ petat, ut fama à Reo sibi verè restituatur, cum illa nunquam verè fuerit ablata, restitutio autem præsupponat privationem antecedentem; sed tantum constiteatur Reus, se actorem iniquè injuriâsse, & sinistram ipsi opinionem apud vulgus contraxisse, cum tamen omnia falsa fuerint, atque commenta. Carpzov. 2. 9. 95. n. 92. & 93. Unde non immeritò quoque pro injuriatis injurias remittentibus pronunciatum fuit apud Eund. *d. l. n. 94. seq.*

Th. LXIIX. Illud tamen observandum de filiofamil. injuriato, quod is injuriam sibi illatam remittendo, deque ea paciscendo, actioni patris sui non præjudicet. *l. 30. pr. ff. de*

de pati. junct. l. 23. C. eod. Secus dixeris de patre, quippe qui vel invito filiosam, (aliud obtinet in emancipato, l. 17. §. 14. ff. h.) actionem injuriarum planè remittere potest, partim, cum præsumatur non temerè hoc facere, partim etiam, cum injuria filiosam. illata magis patris, quam ipsius filii respiciat personam l. 17. §. 12. ff. h. l. 5. extr. de vi publ. Fach. lib. 9. c. 42. Hahn. ad Wesf. h. n. 5. Nisi fortè persona patris sit vilis, & abjecta, filii verò honesta & honorata, aut aliàs patris personam augustior. d. l. 17. §. 13. Lauterb. d. Dissp. th. 16.

Th. LXIX. Quartus modus tollendi actionem nostram est *Præscriptio* & quidem XXX. Annorum. Idè ex rationibus, quas fusè & pulchrè afferunt Harpp. ad §. f. Inst. de injur. n. 17. Lauterbach. d. Dissp. th. 41. Consentit Berlich. 5. concl. 62. n. 43. & concl. 69. n. 12. Esbach. ad Carpzov. 4. 46. D. 1. n. 1. ibique DD. alleg. Illustr. Dn. Lynck. ad Struv. 47. 10. th. 64. Nec audiendi Herm. Vultej. (citatus Berlichio d. conclus. 62. n. 43.) Carpzov. 2. 97. n. 55. & 4. 46. D. 1. n. 3. (ubi licet generaliter de omni injuria verbali loquatur, benignè tamen eum interpretatus est Esbach. ad d. n. 3.) Mev. 5. D. 369. Brunnemann. ad l. 5. h. n. 3. qui actioni nostræ, aqùè ac prætorix æstimatorix, annò utilis præscribi docent.

Th. LXX. Tollitur (5) hæc actio ad palinodiam, seu potius ipsa tantum palinodia evitatur *Declaratione*: si scilicet Reus conventus ante L. C. suam sponte declaret, se ex iracundia ita locutum esse, non verò animò injuriandi, si què ab Actore nihil quicquam contra honesti viri officium commissum scire, ac de eodem quoque nil, nisi quod bonum & honestum est, loqui ac sentire posse. Carpzov. 2. 9. 97. n. 12. ubi verba Consti. Elect. Mauritia refert. B. Parens 1. D. 69. n. 1. seqq. Esbach. ad Carpz. 4. 42. D. 11. n. 2. ibique cit. DD. Nec injuriatus desuper conqueri poterit, cum ante L. C. ei hæctenus nondum jus fuerit quaesitum, sed potius per ejusmodi declarationem eidem satisfieri rectè dicatur. B. Parens d. D. n. 6. 7. & 8. & D. 67. n. 37. vers. Welcher Ihm &c.

Th. LXXI. Sed dicta Declaratio certa habet requisita, quæ ad evitandam palinodiam præcisè & quidem conjunctim concurrere debent. Nimirum requiritur (1) ut Declaratio fiat ante L. C. postea non admittitur. Finckelth. *obs. 50. n. 13. seqq.* Carpzov. *2. q. 97. n. 17.* (2) ab injuriante in propria persona; non per procuratorem. Berlich. *concl. 62. n. 34.* Et quod si fortè illam declarationem in actis jam faciendam curaverit, ab injuriante repeti debet Finckelth. *d. obs. 50. n. 20. ubi præjudic.* (3) In judicio vel aliò locò publico Berlich. *d. conclus. 62. n. 33.* & denique (4) parte injuriatâ, si ea velit, præsentè Finckelth. *d. n. 20.* Plenissimè quoque hæc requisita exponit B. Dn. Parens *1. D. 69. n. 19. seqq.* ubi *n. 50. secundum illa in per. illustri Curia Ostfriscâ s. Octobr. 1619. in causa Germ. Nennen Appellantent contra Haze Edden Appellaten pronunciatum refert sequentibus verbis: Würde erwehnter Appellant seine Erklärung / (scilicet quam jam in actis fecerat. add. d. D. n. 26.) gestalter von dem Appellaten niches denn alle Ehre und Gutes wisse in Gegenwart des Appellaten alhier in eigener Person gerichtlich erwidern / wo zu Ihm der 17. dieses sub præjudicio / Ambsthalber præfigeret und angesetzt wird / erginge darauff ferner was recht ist. Et cum postea in modo dictâ causâ declaratio ad præscriptum modum ab Appellante facta fuerat, sententia prioris instantiæ, quoad impositam recantationem fuit reformata, & Appellans ab eadem absolutus. Id. *d. D. n. 40. ubi sententiam reformatoariam verbo tenus refert.**

Th. LXXII. At verò hætenus dicta non simpliciter procedunt, sed duas notabiles admittunt limitationes, nimirum Actor declaratione ad supra scriptum modum à reo præstita contentus esse debet, nisi (1) injuriæ illæ verbales nimis sint atroces, nisi (2) homo vilis & abjectæ conditionis injuriaverit Nobilem, honestum, aut alias in dignitate quâdam constitutum virum. Carpzov. *d. q. 97. n. 16. junct. q. 94. n. 19.* B. Parens *d. D. n. 11. seqq.* quæ omnia discretioni & arbitrio judicis circumspecti committi debent. id. *d. D. n. 14. seqq.*

Th. LXXIII.

Th. LXXIII. Ultimò locò in genere sciendùm, quòd, licet Lis fuerit Contestata, Judex tamen, si mitius cum Reo agere velit, possit propriò motu palmodiam convertere in nudam deprecationem in eine Chrifliche Abbitte und Erklärung / uti docent Carpov. q. 94. n. 18. B. Parens 1. D. 68. n. 36. seqq. (ubi in Cancellaria, quam Curia Ostfrifca ita judicatum refert) Dn. Lynck. ad Dn. Struv. 47. 10. th. 61. Et hoc ipsum procedit, si circumstantia personarum (v. gr. si injurians & injuriatus sint pares, ut si Nobilis Nobilem, plebejus plebejum: aut etiam si vir in dignitate constitutus vilem personam injuriaverit) aut qualitas injuriarum (ut si illæ leves sint) ita svadeant Carpov. d. q. 94. n. 19. Secus, si vilis persona magnum Nobilemve virum injuriaverit, aut aliàs injuriæ sint atroces, Carpov. d. l. n. 18. quæ omnia itidem arbitrio Judicis sunt relinquenda. Conf. Richt. conf. 357. n. 39. Imò interdum ipsius injuriati committitur discretioni, an recantationem remittere, & nudà deprecatione aut declaratione contentus esse velit, hunc in modum: So ist N. N. Ihm einen öffentlichen Wiederuff / oder da ers Injurianten auf sein Bitten dahin kommen lassen wolte / eine Abbitte und Erklärung für Gerichte zuthun schuldig. Prouti Senatui Grimmensi responsum refert Carpov. d. q. n. 20.

Th. LXXIV. *Contraria* ex ratione methodi nostræ excipiunt *Similia*, quæ constituunt reliquæ actiones & remedia pro injuriis verbalibus competentia, ut actio æstimatoria, extraordinaria criminalis persecutio, nec non pœna statutaria, si quæ fortè alicubi ejusmodi statutum reperiat, & denique conditio ex l. *Diffamari. Cod. de ingen. manum.* Dicimus remedia pro *Injuriis Verbalibus* competentia, quo ipso exclusam volumus Actionem illam ex L. *Cornelia*, quam tamen male ad actionis nostræ Affinia refert Excellent. Dn. Mylius in *cit. Disp. de Action. ad palmodiam th. ult.* Quippe illa est actio specialis, quæ in specie vindicantur injuriæ *Reales*; nec omnes quidem reales, sed illæ tantùm, quæ recensentur in l. 5. pr. S.

S. J. seqq. ff. b. S. s. J. hic, adeoque nec electivè nec cumulative cum hac actione nostra concurrere potest.

Th. LXXV. Et quoniam porrò DD. de cumulatione prædictarum actionum non omninò conveniunt, idcirco hac occasione quædam de ea adjicere placet. Et quidem (i) quod *criminales extraordinarias* attinet, illam cum actione ad palinodiam in uno eodemque libello cumulative proponi posse, nemo, quod sciam, negabit. Berlich. 5. concl. 62. n. 13. Carpov. 4. 42. D. 2. & 2. q. 94. n. 32. seqq. B. Parens 1. D. 67. n. 34. seqq. Eggel. d. cumulat. Action. c. 8. n. 11. Idque ex hac ratione, quòd altera sit civilis, altera verò criminalis, quæ semper invicem cumulari possunt, nec una alteram consumit. Similem casum, ubi homicida non tantum ad penam publicam; sed & ad interesse privatum condemnatus est, exhibet Brunnem, 1. D. 52. Et prædicta quidem in tantum procedunt, ut si injuriæ sint atroces, aut aliæ circumstantiæ personarum, temporis & loci concurrant, præter palinodiam Reo etiam fustigatio cum relegatione tam perpetuâ, quam temporali conjuncta, distari possit. Const. Elector. Augusti 42. p. 4. vers. Darüber aber und daneben 1c. Richt. V. 2. Conf. 357. n. 31. ubi præjud. Carpov. d. q. n. 44. Ubi n. seq. talem comminationem aliquando sententiæ condemnatoris adjectam fuisse testatur, ut, nî in posterum condemnatus ab ulterioribus injuriis, contra auctorem evomendis, desistat, manûs amputatio ei injungi debeat.

Th. LXXVI. Illud majorem continet dubitationem: An *judici fas sit, ob atrocitatem injuriarum verbalium Reo præter palinodiam, mortis quoque penam imponere?* Quod pro ratione circumstantiarum omninò affirmandum puto. vid. l. si quis in hoc. 10. C. de Episc. & Cler. Et consentiunt Berlich. 5. concl. 61. n. 56. pluresque ibid. cit. DD. Quippe pœna hæc criminalis est arbitraria, Carpov. d. q. n. 35. Quæ ad mortem usque extendi potest, Gloss. in S. in Summa Verb. extraordinaria. Inst. de injur. Modest. Pistor. p. 2. q. 92. n. 17. Et hanc sententiam quoque secuti fuerunt J. Cei. Francofur-

ten-

tenses Mens. Maji 1614. pronunciantes sic contra C. B. qui verba contumeliosissima ac injuriosissima in Potentissimum, Dn. Electorem Brandenburgicum protulerat; additâ tamen clausulâ, quòd, si Elector Serenissimus reo gratiam facere vellet, pœna hæc mortis in fustigationem severiorem, in einen starcken Straupenschlag converti deberet, teste Carpovio d. 9. 94. n. 47. Qui tamen ipse n. 48. unâ cum Mollero *ibid.* citato de Jure Saxonico hodierno contrarium statuit, idque per Constitut. Elector. 43. p. 4. §. f. Wenn aber &c. ubi scilicet injurias verbales à mortis pœna expressè exceptas esse, docet: Licet hîc iterum à Carpovio dissentiat Rauchbar. p. 1. 9. 7. n. 36. Equidem cùm in Camera Imperiali, vigore ordinationis, nulla causa criminalis (illâ fractæ pacis excepta) agitari possit aut debeat. Gail. 1. observ. 65. Sequitur actionem ad palinodiam cum extraordinaria criminali ibidem cumulari non posse, Myl. Ing. 7. obs. 98. Wesemb. Conf. 22. quos refert Lindemann. in *Disp. ad Inst. iii. de injur. th. 37.*

Th. LXXVII. Secundo loco sequitur cumulatio actionis nostræ cum *Prætorîâ æstimatoria*, & quæritur, *Anne illa locum habeat?* Quod omninò affirmamus. Theodor. in *judic. crimin. c. 2. d. 20. lit. D. ubi ita responsum refert Richt. Conf. 357. n. 30. ibique præjudic. B. Parens. d. 67. n. 21. seq. Eggeling d. cumulat. Action. c. 8. n. 9. Lauterb. d. Disp. th. ult.* Hæc potissimum suffulti ratione: Quæcunque Actiones, ex uno eodemque delicto oriundæ, ad diversos tendunt fines, illæ invicem non consumuntur, sed cumulari possunt. l. 7. §. 1. ff. de *condict. furt. junct. l. 130. de R. J.* Atqui actio ad palinodiam & æstimatoria ex uno eodemque delicto oriuntur, (per notor.) & ad diversos tendunt fines: (illa quippe ad persequendam reparandamque famam ex opinione vulgi abinjuriante læsam, per supra tradita in *Objecto*; hæc contra est merè pœnalis §. 10. f. de *injur. l. 2. §. 4. de collat.*) Ergò, &c. Lauterbach. c. l. Eggeling c. n. 9. ubi plures adhuc afferunt rationes.

G

Fru.

Frustra dissentiunt Carpzovius 4. 42. D. 16. per tot. & 2. q. 95. n. 31. seqq. & Excellentiss. Dn. Mylius in cit. *Disp. ib. ult.* nec Carpzovii rationes (ad quas etiam Dn. Mylius in c. 16. provocat) licet in d. *Definit.* decem afferat, tanti sunt ponderis atque momenti, ut palmam affirmantibus faciant dubiam, nedum praripiant. Planè in Electoratu Saxonico ejusmodi cumulationem post expressum Electoris rescriptum, quod Carpzovius d. *Def.* verbò tenus subjungit, amplius locum non habere, facile largimur. Illustri Dn. Lynck. ad *Servur.* p. 472. Quod ipsum quoque in Ducatu Gothano obtinere constat ex Ordinat. Provinc. Goth. 2. 4. 26. §. f. Schilker, ad *Inst.* 4. 4. VI. Cameram Imperialem quod attinet, ibi tota die recipiuntur libelli injuriatum, in quibus actor cum actione ad palinodiam prætoriam illam æstimatoriam conjunxit. Gail. 1. *obs.* 65. n. 5. Mynf. 2. *obs.* 98. n. 10. quos præter alios idem testantes DD. refert B. Parens d. D. 67. n. 24. Nec admittenda hïc limitatio Carpzovii, dum in cit. q. 95. n. 33. Gailii testimonium de cumulatione actionis ad palinodiam cum æstimatoria in Camera recepta eatenus tantum concedit, ut actori quidem liceat, utrumque petere in uno eodemque libello, Judex autem eligere soleat, an ad palinodiam, an verò ad peritam æstimationem Reum condemnare velit. Quippe meminisse oportuisset Carpzovium, aperti juris esse, sententiam libello & petitioni omnino conformem esse debere. B. Parens d. D. 67. n. 26. seqq. & plenius 1. D. 17. n. 2. seqq. Et, si ad palinodiam & æstimationem simul cum effectu agi non possit, libellum ita conceptum omnino fore ineptum, sententiamque desuper latam ipso jure nullam. Gail. 1. *obs.* 66. n. 1.

Th. LXXXIX. Illud quoque sciendum, quòd si forte injuriæ verbales in statuto sint æstimate, iisq; certa injuncta pœna (prouti de Jure Statutario Ollstrifico ex Eiusdem *lib.* 3. per tot. testatur B. Parens d. D. 67. n. 1. de Jure Lubecensi Lindemann. in *Disp.* ad *Inst.* tit. de injur. 16. 37.) liceat actori, neglectis aliis Juris communis remediis, illam statutariam pœnam arripere, & cum actione ad palinodiam cumulare. B. Parens d. D.

d. D. n. 38. licet dimidia pars Magistratui, dimidia verò parti læsæ sit determinata, prout in Curia Ostfrisica iudicatum refert id. *ibid.* n. 39. & 40.

Th. LXXIX. Sed anne etiam è contrario, prædicto in casu statutz pœnz, liceat actori, neglectâ illâ pœnâ statutariâ, eligere remedia juris communis, & sive prætoriam æstimatoriam sive extraordinariam criminalem persecutionem, cum actione ad palinodiam cumulare? De eo magis dubitatur. Negant illud Boss, in *tract. caus. crim. tit. de pœn. n. 6.* & Alii, quos refert B. Parens d. D. n. 3. Ex hac ratione, quòd per ejusmodi pœnam statutariam pœna juris communis censei debeat sublata, injuriatoque hoc casu ad pœnam illam statutariam tantum agere, non etiam civili injuriarum actione æstimatoriâ, nedum criminali experiri permittatur; At verò rectius contrarium statuunt Carpzov. 6. *Respons.* no. n. 6. & seqq. & B. Parens d. D. n. 7. atque electionem etiamnum arbitrio actoris relinqunt. Nec obstat ratio adversariorum, quippe quæ omninò falsa est, nisi ejusmodi correctio expressis verbis per statutum sit inducta. l. *precipimus* 32. §. *ult. ff. de appellat.* Harpp. ad §. 10. *Inst. de injur. n. 8.* cum aliàs regulariter per pœnas, constitutione Novella statutas, non intelligatur anterioribus legibus vel Constitutionibus, diversas pœnas comprehendentibus, derogatum esse. L. *Africani* §. in f. C. de *Heret.* Harpp. d. l. n. 7. B. Dn. Parens d. D. n. 5. seq.

Th. XXC. Quartum affine est *Condictio* ex L. *Diffamari*, C. de *ingen. manum.* quâ ad probandam diffamationem aut ad perpetuum silentium agitur. Magnif. Dn. Schilter, ad *Inst.* 4. 4. th. VII.

Th. XXCI. Tandem quoque ad Affinia, non quidem Actionis ad Palinodiam, sed ipsius Palinodiz referri possunt, *Deprecatio* & *Declaratio*: quæ quamvis à plurimis DD. in praxi confundantur, in se tamen spectatz sunt distinctissimæ, & differunt ut majus & minus. Brünnem. ad l. 21. ff. de *injur.* Nimirum: aut constat quidem de injuria,

sed illa est levis, & tunc locus est deprecationi add. *supr. in contrar. th. LXXIII.* aut non omninò constat de injuria, injuriantique animo, & locum habet declaratio. *Rittm. 1. Caut. 83. Mæv. 3. Dec. 30.* Deinde in deprecatione insuper potest dicitari carceris aut pecuniaria pœna. *Carpzov. 2. q. 94. n. 36.* in declaratione secus. Et hæc sunt B. atque cordate L. Etor, quæ de nobilissima hac ACTIONE exponere volui. Nihil jam magis in votis habeo, quam ut omnia æqvissimò judicio Tuo benigne interpreteris. Quod ipsum facili negotio me impetraturum confido, modo perpendas, quòd *in nullo penitus peccare Divinitatis magis sit, quàm mortalitatis §. 14. de confirm. ff. ad Senat. & omn. popul. L. 1. §. 3. de Ver. Jur. enucleand. junct. l. 44. de acquirend. possession.*

DEO interim Triuno sit Laus & Gloria
sempiterna.

C O R O L L A R I A.

Legitimately per subsequens matrimonium de Jure feudali in feudis non succedunt.
 Tutoris datio est jurisdictionis Voluntariæ.
 Non datur actio mixta ratione causæ efficientis.
 Non potest pater denegare consensum, si ejus filius cum honesta scæmina concubuerit.
 Duo actus ad consuetudinem sufficiunt.
 Non valet testamentum prodigi, licet utiliter in eo disposuerit.
 Dos non constituit singularem speciem juris in Re.
 Filius familias de peculio adventitio irregulari testari nequit.
 Perfecta emptione regulariter periculum ad emptorem pertinet.
 Emptor rem emptam præcisè tradere tenetur, nec contumax liberatur præstando interesse.
 Cessat remedi. l. 2. C. de rescind. Vendit. si sciens verum rei pretium minoris vel majoris vendat vel emat.
 Literarum obligatio oritur ex contractu singulari, qui sit literis; non ex præsumpto mutuo.
 Inventariò confectò res perit heredi.
 Possessio, ex qua oriuntur interdita, non est species juris in re.

Sic



Ita decet, ut scribis: *Revocent* sua dicta
maligni

Quæis famam alterius dilacerare stu-
dent.

Interea labor hic felix Tibi cedat, ut
inde

Carpere pro meritis præmia læta
queas!

*Ita Nob. Dn. Auctori-Respondenti, Auditori suo
per-industria gratulabatur*

JOHANN- GEORG SIMON D.
Confiliar. Sax. Vinar. Aulicus.

*Q*uis, quâq, ex causa, cui, quando, Curia quænam
Apta sit ex jussu revocare nocentia verba
Alterius fama, Tua Dissertatio lustrat.
Hinc non immeritò precor, ut **TIBI**, Numina
profint.

Quibus Nobil & Doctiss. Dn. Respondenti, Amico
ob egregia Studia & vitæ integritatem per-di-
lecto, de insigniter edito Specimine Acade-
mico gratulari debuit

ANDREAS Pleeg / D. Regiminis Sax.
Jen. Advocatus Ordinarius, Ejusdemque Ca-
meræ Procurator,

QUO damnum famæ passis reparentur honores,
Hisce tuis thesibus non sine laude doces.
Clara legisse Patris Tanti vestigia, nunquam
Pœniteat: stimulet *fama laborque* Patris,
Aclamo: florescat honos, Tua *fama* perennet.
Quæ dixi, nunquam verba *recanto* mea,

Clarissimo Dn. Auctori Respondenti Convictori
suavissimo, Auditori per-industrio bene-
volentia testande causa gr. f.

PRÆSES.

Dicta neget, quisquis mendaci commodat ora
Conditio. *Fingens crimina, dicta neget.*
Non tam dira Tuis, Juvenum lectissime, labris!
Te Tua veridico carmine Musa vehit,

Ita egregiis ornatissimi Juvenis conatibus
applaudebat

M. JOH. FRANC. BUDDEUS.

EXponis crimen. (Nec sola scientia *justi*
Sufficit: *Injustum* Nos quoque nosse decet. *)
Hinc sunt vota: Gradus crimen Tibi fiat honoris:
Ut dulcem finem tangere ritè queas!

* *J. i. Inst. de J. & J. junct. l. i. §. i. ff. eod.*

Ita Nobilissimo Disputationis Autori
applaudebant

COMMENSALES.

Qualis

Qualis erat Genitor, talis mihi filius esto,
seque suo dignum præbeat iste pater!

Ante Tuas quondam cecinit Themis Enthea cunas:
Quod cecinit, factum est; vel Tua scripta probant.

Nobilissimo Dno. Respondenti, Amico suo
vitam suspiciendo integritatem Animi
sui probaturus hoc levidenti Elego
assurgere volebat, ut debebat

JOHAN. KNOGLER, Tren. Hung.

Cui placet innocuos probroso rodere dente,
Ac famam labijs dilacerare vagis:
Æacus huic torvam justis movet axibus urnam,
Et scelus effusum lingere pœna jubet
Hoc pandis scripto; nec aberras, Frater amande!
Linguis incautis propria tela nocent.
At num Charta trahet solers è scommate scomma,
Ceui solet è cœno ducere gemma lutum?
Non metus est: docto pertexere stamine crimen,
Sæpe fuit Magnæ Nobile laudis opus,
Ergo carpe Tuas, natas è crimine, laudes,
Alteriusque nefas sit Tibi honoris apex!

*Pauca hæc Fratri suo gratulabundus
apponebat*

ENGELBERTUS KETTLER,

Nordâ-Offfriso.

Fulribus, heu! fama perforte opponere pectus
Dum, Kettlere, studes, jam Tua fama vires.

Clio

*Clio ferta parat, sed Tu, quò pergis honoris
Ad culmen passu, perge! brabea feres.*

Ita Nobilissimo Dno Auctori, Conterraneo
ac contubernali suo desideratissimo
acclamabat

JOH HENR. Becker / Esenâ-Friso.

Conscendas Cathedram felix, Doctissime Kettler,
Kettleri proles Magni, olim Magnus & Ipse,
Stirpis ut in summum Tua gloria crescat honorem,
Quo tandem fias tamâ super æthera notus.

*Hicce Nobilissimo atque Doctissimo Auctori Respondenti,
Conterraneo, Fautori & Amico suo honoratissimo
gratulari voluit, debuit*

MART. Fischerhausen / Haagâ
Fris, Orient.


Undique bella gerit Mars; at meliora capeffie
Prælia vis doctæ mentis, Amice, Tue:
Hinc Tibi certanti sunt pulchra brabea parata,
Seriæque, quæ cingant tempora doctæ Tuæ.

Ita Nobilissimo Dn. Auctori Respondenti, Conter-
raneo, Fautori ac Amico æstimatissimo Ca-
thedram publicam fausto conscendenti
pede applaudit

ARNOLDUS GOSSEL, Esenâ-Frisius.







ULB Halle


3

005 125 650



VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

1692, 3
19
4

ONE
DIAM,

UM ORDINIS

TU
SIDIO
I
atque EXCELLENTISSIMI
NI

PH. *Barfung/*
Celeberrimi,

Hospitis sui aeternum,
adi

CTORUM
ano clc loc XCII.

O R
KETTLER,
stfriso.

I HEINRICI MÜLLER.

S
VE
RI
AR.
IAL.
ENT
AE

RO
NS.

726.

